ORIGINES CONTAGII.

SCRIPSIT

C. F. H. MARX. Dr.

CAROLIRUHAE ET BADAE.

APUD D. R. MARX.

1824.

PRAEFAMEN.

Gravissimam quaestionem de morborum contagiosorum natura et vi qui tractant, saepenumero ad vetustam medicinae memoriam revocantur. Est enim scitu et jucundum et utile, non solum quibus causis et quo loco, sed etiam quo tempore ejusmodi morbi initium ceperint, et quas rationes homines olim iis subjecerint, quibusve remediis occurrere consuerint. Neque vero hanc materiem satis et accurate esse explicatam, cum multifariam

in ea perdiscenda occupatus essem, intelligere mihi visus sum.

Igitur eam illius partem, qua scientiae contagionis primitiae continentur, ipse mihi perquirendam sumsi, et quae ad eam illustrandam ex meo labore profecta esse puto, nunc cum aequo et benevolo lectore communicem.

Primum instituti viam atque rationem paucis exponam, ut ii, qui judicium de eo facere cupiant, quodammodo possint cognoscere, quid praestandum in me susceperim, et quid mihi videar praestitisse.

Ante omnia credidi, in tali consilio id agendum esse, ut quidquid vestigiorum de contagio in antiquitate dissipatum reperiretur, id undequaque collectum et rite dispositum, ipsis auctorum verbis expressum proponeretur.

Omnis enim, quae adhuc in hac re deprehenditur ambiguitas et inconstantia,

eo mihi fluxisse constitit, quod auctores, qui eam tractarunt, nunc vel pauca, vel incongrua, vel mutila veterum testimonia adhiberent; nunc vel locis, quorum contextum neglexerant, vel versionibus tantum uterentur.

Igitur a Scriptura sacra et ab Homero inde usque ad medii aevi tempora volumina antiquitatis evolvere et excutere coepi, et quidquid ad meam rem facere arbitrabar, ex iis adnotavi; multum adjutus bibliothecae nostrae incomparabili thesauro, ex quo probatissimae scriptorum editiones et optima in eos commentaria mihi praesto erant. Nulli operae peperci, quin quasvis huc pertinentes reliquias expiscarer. Minime tamen omnium id stolide mihi persuadeo, in tam immensa scriptorum farragine nil me fugisse, aliisve post me nullum spicilegium superesse. Cum vero quaestioni, utrum Veteribus de Contagio notitia omnino nulla an aliqua et qualis fuerit, si qua fieri possit, ita satisfacere constituissem, ut

nullus plane dubitationi locus relinqueretur: negotium aggressus sum sine ulla praejudicata opinione, et in operis progressu maxime mihi cavi, ne meam sententiam in Veteres inferrem. Ad quem quidem finem id tantum spectavi, ut secundum sanae interpretationis regulas, quid auctor de hac re statuerit explorarem, exploratque disertis verbis referrem.

Initio quidem parum me spei tenuit, fore ut disquisitionis summa a parte antiquitatis staret, utque interior quaedam hujus rei scientia ei vindicaretur. Omnes enim Recentiores aut nullam relatu dignam fuisse eam contenderunt, aut tenuem saltem et arctis limitibus circumscriptam. Sic inter antiquiores Fabius Paulinus[1]) probatum it, et Graecos et Romanos bene quidem contagii vim sed in peste solum

1) Fabii Paulini Utinensis Praelectiones Marciae, sive Commentaria in Thucydidis historiam de peste Ath. Venetiis. 1603. 4. p. 100 seqq.

agnovisse. Mercurialis[2]) et ipsum hoc concedit, sed nullum eos aliud contagii genus novisse affirmat, nisi id, quod fiat per aërem. Diemerbroeck[3]) autem, eos contagii, quod fiat per vapores, äerem, fomitem, aliudve medium nusquam meminisse dicit, propterea quod causam morbi, ita inducti, non corpori aegroto, medium illud inficienti, sed ipsi mêdio infecto adscriberent. Recentiori tempore haec quaestio praeprimis inter Anglos et Anglo-Americanos ventilata est, sed tamen nova prioribus argumenta, quibus res decerneretur, non addiderunt. Quin etiam Maclean[4]) (ob id memorabilis,

---

2) Hieron. Mercurialis, de pestilentia cap. 3.

3) Isbr. de Diemerbroeck, de peste cap. 10. Hic quidem circumspectius quam Petrus Salius Diversus (de febre pestilenti cap. 11.) qui veteres medicos pestibus sese exposuisse, ait, nulla habita contagii ratione, imo ne ulla quidem ejus mentione facta.

4) Charles Maclean, results of an investigation respecting epidemical and pestilential disea-

quod pestem contagiosam esse negabat[5])

---

ses Lond. 1817. Cf. Medical repository. New York. New Series. vol. 4. 1818. p. 157. ubi ejus sententia breviter comprehensa est: „Dr. M. undertakes to prove that the doctrine of contagion, of epidemic, or pestilential diseases, was unknown to Hippocrates, and to the ancient physicians; that it never was entertained by any Pagan, Mahommedan, or Hindu nation, not even by the Christians until about the middle of the sixteenth century, when Pope Paul III. wishing to influence the council of Trent, and to remove that body from the imperial dominions into his own city of Bologna, employed the authority of the physician of the Council, Hieronimus Fracastorius, to publish a book of tales, with the view of frightening the fathers, on the score of an ordinary complaint then prevailing in Trent, which by him was represented as fatal as the plague, especially to persons of noble blood".

5) Nullam febrilem affectionem contagione praeditam esse contendit, suamque sententiam et Procopii loco, quo pestis contagio caruisse dicitur, corroboratum it, John Mitchell: on the Contagion by which it is believed Fever is excited, in the London med. Reposit. vol. 11. 1819. p. 191 adeoque in fine disputationis ait:

Veteres omnino nihil de contagio scivisse asseveravit, neque prorsus tale quidpiam inter homines fuisse prius observatum quam Fracastorius[6]) libellum suum promulgarit. Sed hanc sententiam, a Russel[7]) jam explosam, nonnullis Veterum locis bene refutavit doctus censor britani-

---

"this febrile contagion is nothing else than a fable. It is another Pandora's box of the ancients. It is a hobgoblin, it is a spectre, it is a ghost, about which, in our childish days, we have listened to the hair-erecting tales, when enslaving fear, with a Circaean wand, magnified and changed every midnight sound and form into the appaling Furies, before reason had taught us to dispel the clouds of superstition, or experience enabled us to combat the errors of prejudice, which, one imbibed, entangle all of us long, many of us, for ever".

6) Hieron. Fracastorius, de contagione et cont. morb. Venet. 1546. 4. In lit. dedic. ad Cardinal. Alexand. Farnes. veteres medicos vix aliquid de contagio perhibuisse ait.

7) Patrick Russel (on the plague. London 1791. 4. p. 329.) postquam plura exempla contagionis priorum seculorum attulerat — „this shows

cus [8]). Praeter hunc et Webster *) et Potter [9]) et Yeats [10]) Veteribus ali-

---

how groundless is the assertion that the notion of contagion took its rise in Europe no earlier than the 16th century, and how absurdly it has been adscribed merely to political intrigue at the time of the Council of Trent." Etiam Beckman (Beiträge zur Gesch. der Erfind. T. V. p. 351) contagii communionem per vestes et similia ante saeculum XIV. nondum cognitam fuisse opinatus est.

8) The Quaterly Review. Oct. 1822. vol. 27. p. 531.

*) A brief history of epidemic and pestilential diseases. Vol. II. London. 1800. 8. p. 213. 295. 570.

9) A mem. on Contagion. In the American med. Recorder. Vol. I. Philad. 1818. p. 544.

10) Some observations on the opinions of the Antients respecting Contagion in the Quarterly Journal litt. science et the arts vol. 7. 1819. p. 124. repetit: in the London medical Repository vol. 11. 1819. p. 411. et 504. Aequus lector judicet, an meo labore effectum sit, quod hic doctus vir his verbis (p. 133) fieri posse credidit: I am inclined to believe, that by a deeper perusal of the antient Greek and Roman authors, we should find that methods were adopted for preventing the communica-

quam contagiorum scientiam vindicare studuerunt. Novissime tandem Brera[1]) Veteres vix aliquid de contagio praeter vocabulum novisse censuit.

His igitur et similibus aliorum minoris momenti et auctoritatis scriptorum opinionibus adductus vix uberiorem segetem mihi restituram esse putavi, solasque controversiae tenebras, quae adhuc essent, diligenti pervestigatione discutere speravi. Sed quum auctores ex ordine ipse inspexissem, et sensim sensimque locorum congeriem lustrassem, singulari quadam ad-

---

tion of contagious miasma; not, however, with that philosophical accuracy and success which the improvements in modern science have produced".

1) V. L. Brera de' Contagi. voll. II. Padova 1819. 8. introd. Sed alio loco (§. CCL XI.) nimium Veteribus in hac causa tribuit. Ait enim, jam Aëtium aquam frigidam in "typho contagioso, et quidem in stadio ejus, quod contagiosae delitescentiae vocat", adhibendam suasisse. Atta-

miratione commotus sum, quomodo res tam clara, tam aperta, tam invictis testimoniis innixa, tam diu et tam audacter potuerit addubitari. Nam bona pars illius, qua nostra aetas sese jactat contagii scientiae, aut nudis verbis, aut levi delineatione, aut aliquo saltem indicio a Veteribus prodita est. Quod tali asseveratione pronuntiatum, quia multos esse puto, qui valde mirentur, potissima momenta, ex quibus ea, quae

---

men ejusmodi nihil in Aëtii Tetrabibl. I. Serm. III. c. 168. p. 186. et II. Serm. I. c. 72. p. 249 (ed Lugd. 1549 fol.) ubi de externo ac interno aquae usu agit, reperitur. Haud multo antea Nacquart (Diction. des sc. med. Art: contagion p. 47.) haec posuit "Hippocrate, Celse et Galien entendent par contagion, tantôt la maladie elle meme, et dans tous les cas, une communication du mal au moyen de l'air chargé des vapeurs ou des miasmes délétères. Sed in duobus prioribus, quos nominat scriptoribus, neque vocabulum, neque talis notio contagii occurrit. Multo levius in hac re versatus est Ozanam: hist des malad. epid. seq. T. I. p. 45 et 46.

antiquitas de contagio noverit, possunt intelligi, seorsim nunc et sigillatim proponam; additis auctorum nominibus, quorum loca in scriptione ipsa accuratius explicata sunt.

I. Morbi contagiosi ut plurimum divinitus sunt immissi (Agathias, Dionysius); et originem sumunt vel ex putredine aëris (plurimi Veterum), maxime cum homines et animalia in arctum spatium constipati fuerint[2]), (Diodorus, Livius, Plutarchus, Thu-

---

2) Ad haec momenta inprimis adtendi jubens G. Blane (select dissertations on several subjects of medical science. London 1822. 8. p. 121) haec simul adnotat: "these causes being interwoven with the common habits and occurences of life, had escaped the observation of medical authors till about the middle of the last century". Sed tamen eas causas Veteres minime latuisse Scriptorum laudatorum loca ostendunt. Maxime vero ejus sententiae subscribendum est, cum ibidem addit: "No exemple more evincing than this can be adduced of the sub-

cydides), accedente inhumatorum corporum foetore (Diodorus); vel ex vitiatis frugibus aliisque nutrimentis (Galenus, J. Obsequens); vel ex fame (Curtius, Justinus); seu revertuntur certis temporum periodis (Agathias, Josephus); seu èx aliis mundis contagiorum germina in nostrum illabuntur (Plutarchus); sive post magnos terrarum motus aliave insolita naturae phaenomena exoriuntur (J. Obsequens, Seneca, Manilius, al.).

II. Contagium ipsum concipitur sive hauritur ex aëre (Ammianus, Avicenna,

---

stantial benefit of the lights of Knowledge; for the measures which have been succesfully taken for the prevention of this disease, and which are peculiar to our own times, have been founded on the knowledge of its remote cause". Veteres enim, licet varias ejusmodi morborum causas non praetervidérent, tamen, politiae medicae defectu, aut parum aut nihil ad eas arcendas adhibuerunt.

Rhazes); ex consuetudine et commercio cum aliis jam infectis, ipso contactu (Columella, Dionysius Hal., Evagrius, Isidorus, Lucretius, Vegetius); per fomitem (Aristoteles, Galenus), spiritum (Galenus); inprimis vento ab infectis ad sanos spirante (Avicenna, Rhazes); salivam (Aretaeus, Galenus); oscula (Plinius); vestes (Cael. Aurelianus, Cedrenus); pelles (Virgilius); strata (Moses); ministeria (Diodorus, Eusebius, Horapollo, Livius, Lucretius, Ovidius, Thucydides); acus veneno infectas (Dio Cassius); adeoque ipsum aspectum (Avicenna, Cedrenus, Plutarchus). Eodem contagio idem homo iteratis vicibus vix inficitur, (Cedrenus, Thucydides); sed potest infectus, licet ipse a morbo immunis, eum ad alium transferre (Evagrius.)

III. Natura contagii maxime in humoribus putrescentibus consistit (plerique medici); igitur morbi ex eo oriundi plerumque peculiari odore et foetore distin-

guuntur (Galenus); et mira ejus vis, plurimos levissima quantitate inficiens, aliquo modo intelligitur ex comparatione cum venenis (Aretaeus); vel effectibus magneticis et electricis (Galenus); vel universo quodam naturae consensu (Aristoteles, Galenus, Juvenalis, Plutarchus). Simul ad eam proxime accedunt phaenomena morborum haereditariorum (Cael. Aurelianus, Avicenna, Plutarchus), et sympathicorum (Aristoteles, Plinius).

IV. Contagiosarum affectionum numerus definiri nequit. Ultra quindecim infra ex Veteribus indicatae sunt. Etiam inter hos de contagione nonnullarum dissensio fuit (Gregorius Nyssenus, Procopius). Contagia possunt ab hominibus ad animalia et ab his ad illos transire (Livius, Thucydides). Animalia quibusdam singularibus obnoxia sunt (Columella, Geoponica, Juvenalis, Ovidius, Vegetius, Virgilius), et pestes praesentiunt. (Aelianus, Aëtius).

V. Re-

V. Remedium certissimum contra aliquos hujusmodi morbos fuga est sanorum (Appianus, Eusebius, Herodotus, Justinianus, Rhazes); vel separatio aegrotorum (Aretaeus, Ctesias, Columella, Gregorius Nyssenus, Moses, Paulus Aegineta). Mortua cadavera ultra fines loci projicienda et altissime obruenda sub terris (Columella). Saepius autem adjuvant diaeta (plurimi veteres); flammae (Apollodorus, Diogenes Laertius, Plinius); theriaca (Galenus); suffimenta (Avicenna); unguenta (Herodianus); acetum et vinum (Lucianus, Rhazes); amuleta et alia superstitio (Plutarchus et paene omnis antiquitas).

Quodsi haec argumenta aliquis sedulo pensitaverit, num fieri potest, ut non perspiciat, praecipua capita scientiae contagiorum in iis esse contenta? Concinnum vero et omnibus numeris absolutum cognitionis ambitum nemo aequus postulet a tirociniis scientiarum priscorum tempo-

in pervestigandis ultimis Contagii orginibus insumsi, non sine fructu collocatum censebunt.

Gottingae. Pridie Cal. Apriles 1824.

LITERATURA.

A. *Autorum, qui de Contagio in universum scripserunt, recensus.*

Hieron. Fracastorius de sympathia et antipathia liber unus, de contagione et cont. morbis libri tres. Venetiis 1546. 4.

Casp. Peucerus themata med. de morbis contagiosis. Viteb. 1574. 4.

Jul. Palmarius (Paulmier) de morbis contagiosis libri VII. Hag. Comit. 1664. 8.

J. Dacier An absque praeparatione nullum contagium? affirm. theses praes. J. le Conte. Parisiis 1579. fol.

Erastus epist. de contagio. Tiguri 1595. 4.

Andr. Chiocco de contagii natura carmen. Veronae 1597. 4.

P. l'Affilé An omni contagioni utraque vacuatio? negat. Theses. inaug. resp. S. Bazin. Parisiis. 1597.

A. Schato diss. de contagione. Viteb. 1601.

Voitius d. de contagionis essentia, speciatim de peste Basil. 1604.

S. Pietre An ex contagio sanitas? affirm. thes. inaug. resp. C. Demonceaulx. Paris. 1607. fol.

Hier. Perlinus declamationes adversus morborum contagionem hujusque autores et fautores. Hannoviae 1613. 4.

Brendel d. de contagio et contagione pestilentiali Jenae 1637.

M. Sebiz disp. de morbis contag. et contagio resp. G. H. Cratzmann. Argent. 1650. 4.

G. Lothus d de contagio. Regiomonti 1650. 4.

Andr. Cnoeffelius de contagio in genere. Bremae 1658.

Koerber resp. H. C. Alberti de contagiis malignis. Erford 1682.

J. G. Dimelius de morbis contag. Lugd. Bat. 1685. 4.

G. W. Wedel de contagio et morbis cont. Jenae 1689. 4.

E. Camerarius Kurze Anmerkungen von ansteckenden Krankheiten. Tübingen 1712. 8.

J. C Hoffmann theses inaug. de contagiis. Vitembergae 1712. 4.

R. W. Crause resp. J. P. Reichard de contagio. Jenae 1712. 4.

C. Wintringham an essay on contagious diseases 1721. (in the Works London 1752. vol. I. p. 177).

Fischer d. de contagio. Erf. 1724.

J. C. Meuder de contagiis idea nova et succincta. Servestae 1725 8.

P. Gericke d. de contagio. Halae 1728.

J. C. Lischwiz damnum ex praejudiciis de contagio ac malignitate minus caute divulgatis. Kil. 1733.

J. Fuerstenau d. de contagio et morbis cont. Rinteliae 1742. 4.

B. Moreali delle febbri maligne e contagiose nuovo sistema teorico-pratica. Venefia. 1746. 8.

J. Junker de vano ac vero morborum contagii metu Halae 1757. 4.

M. A. Plenciz contagii morborum idea nova (in opp. medico-phys. Vindob. 1762. vol. I.)

A. E Buechner de natura morborum cont. generatim spectata. Halae 1768. 4.

L. F. F. Crell d. in contagium vivum lustrans. Helmstadii 1768. 4.
N. G. Clerc de la contagion, de sa nature, des ses effets etc. Petersbourg. 1771. 8.
W. J. Ulfers praes. F. F. Ackermann de miasmate contagioso. Kiliae 1773. 4.
J. C. Gerike d. Miasmatologiam generalem sistens. Gottingae 1775. 4.
H. Nudov animadversiones de contagio. Lipsiae 1776. 4.
F. L. Bang de requisitis ad infectionem conditionibus (Soc. med. Havn. Coll. I. p. 100. 132. 157.)
Lasonne Histoire de divers accidens graves et maladies, occasionés par les miasmes d'animaux etc. (Hist. et Mem. de la Soc. de Med. de Paris. 1776. p. 97.)
Boehm d. de contagio. Viennae 1777.
J. A. Unzer über die Ansteckung besonders der Pocken. Leipzig 1778. 8.
J. Ford de morbis contagiosis. Edinb. 1779. 8.
J. G. Gebler d. migrationes celebriorum morborum contagiosorum. Gotting. 1780. 4.
J. J. Menuret sur l'action de l'air dans les maladies contagieuses. Paris 1781. 8.
J. A. Unzer Einleitung zur allgemeinen Pathologie der ansteckenden Krankheiten. Leipz. 1782. 8.
Mich. Rosa de epidemicis et contagiosis acroasis. Neapoli. 1782. 8.
H. Owen d. de contagione. Edinb. 1783. 8.
O-Ryan dissertations sur les fievres infectueuses et contagieuses. Lyon 1785. 8.
E. G. Bose progr. de contagii natura animadversiones. Lipsiae 1786. 4.
J. F. C. Pichler memoire sur les maladies contagieuses. Strasbourg 1786. 8.
F. Mezler über die Wassersucht, nebst einem Anhang über die Ansteckung. Ulm 1787. 8.
J Alderson an essay on the nature and origin of the contagion of fevers. Hull. 1788. 8.
S. C. Titius ep. gr. de variis contagiorum modis. Lipsiae 1789. 4.

A. J. Cunitz d. sistens problemata quaedam de contagio. Jenae 1790. 4.

Ch. Reil resp. A. Heydrich d. sistens quaedam circa pathologiam morborum cont. generalem. Halae 1790. 8.

Barfoth d. in contagium epidemicum inquirens. Ludae 1791.

J. Ferriar Bemerkungen über Wassersucht, Wasserscheu, ansteckende und endemische Krankheiten. Leipzig 1792-97. 2 Thle. 8.

C. Crowther de contagione humana. Edinburg. 1793. 8.

Mueller d. de ortu morborum cont. ex fermento et acrimonia specifica deducto. Jenae 1793.

S. L. Mitchill remarks on the gaseous oxyd of azote, being an attempt to ascertain the true nature of contagion. Newyork 1795. 12.

Jos Adams observations on morbid poisons, phagedaena and cancer. Lond. 1795. 8.

J. F. Davis tent. chem. med. de contagio. Edinb. 1797. 8.

E. B. Poleman d. cogitata quaedam de contagiis. Jenae 1800. 4.

Rasori riflessioni sulla epidemia della Liguria, ossia seggio di una nuova teoria sulle malettie epidemiche e contagiose etc. Genova 1801. 4.

J. Bressy théorie de la contagion. Paris 1802. 12.

G. Wedekind Abhandlung von den Kuhpocken, mit einer Einleitung in die Lehre von den ansteckenden Krankheiten. 1802.

B. Laubender naturgeschichtliche Darstellung aller ansteckenden Krankheiten bei Menschen u. Thieren. Leipzig. 1803. 8.

W. Blackburne facts and observations concerning the prevention and cure of scarlet fever with some remarks on the origin of acute contagions in general. London 1803. 8.

Ch. Maclean remarkes on contagion (London medical repository vol. XII.)

J. C Flachsland Fragmente über einige Ansteckungsstoffe. Stuttgardt. 1804. 8.

A. H. F. Gutfeldt Einleitung in die Lehre von

den ansteckenden Krankheiten und Seuchen. Posen 1804. 8.
J. Dömling Ideen zu einer Theorie der ansteckenden Krankheiten (in Dömling's und Horsch's Archiv für die Theorie der Heilkunde Bd. I)
Bach spec. de morbis contagiosis. Halae 1804. 8.
J. Ryan d. de contagio. Edinb. 1804. 8.
A. R. Sutherland disp. de contagione. Edinb. 1805. 8.
A. G. Beyer d. momenta quaedam de contagio. Gotting. 1805. 4.
Gebel Bruchstücke über ansteckende Krankheiten und das gelbe Fieber. Berlin 1805. 8.
W. Harty observations on the disentery and on investigation into the source of contagion in that and in other diseases. Lond. 1805. 8.
Rubini riflessioni sulle febbri chiamate gialle e sui contagi in genere. Parma 1805. 8.
Rossi sur les differens miasmes contagieux (Mem. de Turin 1805. IX. Sc. Phys. et Math. Hist. p. 92)
L. Casinelli dell' azione dei veleni contagiosi sul corpo umano (Mem. della Soc. med. di Bologna. I. p. 15)
B. Ottendorff d. momenta quaedam generalia de morbis sic dictis contagiosis. Mannhemii 1806. 4.
le Fort d. sur les maladies contagieux. Paris 1806. 4.
M. G. Jouard essai sur une nouvelle theorie de la contagion. Paris 1806. 8.
Fr. Tholozan de contagiis in universum. Taurini 1808. 4.
Guani saggio teorico e pratico sulle malattie contagiose, ossia Riflessionà sull' azione de' contagi e de miasme in generale. Genova 1808. 8.
F. Reuss theoremata de miasmatum contagiosorum origine, natura, proprietatibus et agendi modo 1808 (Comment. Soc. Phys. Med. Mosquensis. I. 2. p. 131.)
Balme de aetiologia generali contagii. Lugd. 1809. 8.
F. G. Bach Grundzüge zu einer Pathologie der ansteckenden Krankheiten. Halle 1810. 8.

F. Schnurrer Materialien zu einer allgemeinen Naturlehre der Epidemieen und Contagien Tübingen 1810. 8.
J. Breton d. sur la contagion. Paris 1810. 4.
G. Blane some facts and observations respecting infection (Transact. for improv. III. p. 425).
J. Stritch d. contagio. Edinb. 1810. 8.
E. Bartels Pathologische Untersuchungen. Erster Band, enthaltend die allgemeine Theorie der Entzündung und des Fiebers, nebst Bemerkungen über die Natur der Ansteckungsstoffe. Marburg 1811. 8.
Nacquart (Dictionaire des sciences médicales T. VI. 1813. Art. Contagion p. 46.) Cf. Art. infection et miasme.
G. F. Brodhag d. meletemata de vita contagiorum. Tubingae 1813. 4.
C. G Bernhardus meletemata quaedam de natura contagiorum Lipsiae 1814. 4.
D. Hosack observations on contagion (in the American med. and philos. Register. New-York 1814. vol. II. p. 14).
Kausch die auf Selbsterfahrung gegründeten Ansichten der akuten Contagien (in Hufeland's Journ. der pr. A. 1814. N. J. T. 32. p. 1).
J. J. Bernhardi Handbuch der allgemeinen und besondern Contagienlehre. Th. I. Erfurt. 1815. 8.
G. Tommasini delle febbri contagiose e delle epidemiche constituzioni. Bologna 1817.
J. A F. Ozanam histoire médicale générale et particulière des maladies épidemiques, contagieuses et epizootiques, qui ont régné en Europe depuis les temps les plus reculés, et notamment depuis les XIV siècle jusqu'a nos jours. T. 1. Paris 1817.
Haffner d. de contagio Berolini 1817. 8.
Fr. Rossi Essai sur les miasmes, avec des experiences et des observations. p. 73 (Memorie della reale acad. delle scienze di Torino T. XXIII. 1818).
W. Stokes observations on contagion. Dublin 1818. 2 ed. 8.
P. Johnson d. de contagio. Edinb. 1818. 8.

R. Jackson a analytical sketch of the history and cure of contagious fever. Lond. 1819.

Potter A Memoir on Contagion (in the American med. Recorder. vol. I. Philadelphia 1818. p. 516.)

F. L. Amelung de contagiorum natura. Berolini 1819. 8.

V. L. Brera de' Contagi e della cura de' loro effetti. Padova voll. II 1819. 8. germ. a Bloch. 1822.

C. F. Speyer d. quatenus organismus h. in morbis, praesertim contagiosis, a natura externa pendeat. Marburg 1820.

H. A. Göden Von dem Wesen der Contagien (Isis von Oken 1820. 7. p. 429).

L. Grossi sulle malattie contagiose e particolarmente sulla peste. Genova 1820. 8.

Francesco Puccionotti dei contagi spontanei e delle potenze e mutazione morbose credute atti a producti ne' corpi umani. Rom. 1820. 4.

J. Th. Richter d. de contagiis eorumque corpus humanum inficiendi ratione et via in genere. Lipsiae 1822 4.

Cl. Balme Observations et reflections sur les causes, les symptomes, et le traitement de la contagion dans differentes maladies et specialement dans la peste d'Orient et la fievre jaune. Paris 1822. 8.

K. H. Dzondi Ueber Contagien, Miasmen und Gifte. Leipzig 1822. 8.

B. *Libri prophylactici*

{Omissis sexcentis illis edictis publicis et scriptis contra pestem, febres quas vocant pestilentiales et singulos morbos contagiosos.}

Ordnung eines Erbaren Raths zu Amberg wefs sich jederzeit in Sterbsleuften die Iren halten sollen. Amberg 1562. 4.

M. Martini wie man sich vor aller Infektion verwahren soll. Eisleben 1598. 4.
J. Schaden Kurzer Bericht, wie sich ein jeder in Sterbesläuften recht präserviren und kuriren möge. 1574. 4.
Brunner Bericht, wie man sich in vorfallenden Sterbenszeiten verhalten soll. Leipzig 1581. 4.
C. Kegler Bericht, wie man sich in der Zeit der Pestilenz zu verhalten hat. Cöln. 1597. 8.
Kurzer Bericht, wie man sich in Sterbesläuften zu verhalten. Auf Verordnung der Stadt Frankfurt an der Oder. Ebend. 1611. 4.
H. Freytag Unterricht und Bedenken, wie man vor denen jetziger Zeit Jahrs gemeinlich grassirenden ContagionsKrankheiten sich praeserviren könne. Halberstadt 1636. 8.
M. L. Monnier Cabinet secret des grands préservatifs contre les maladies contagieuses. Paris 1666. 8.
M. Hoffmann sciagraphia morborum contagiosorum ex natura sanguinis praecavendorum et curandorum. Altdorfii 1668. 8.
W. Dobrzensky de Negroponte de saliva contra omnem in aere serpentem contagionem praeservativo naturali optimo. Pragae 1679. 8.
Des Herzogs Ernstens zu Sachsen Anordnung wegen besorgender ansteckender Seuchen und Krankheiten. Weimar 1680. 4.
Ordnung der Stadt Leipzig, wie es bei besorgenden ansteckenden Seuchen zu halten. Leipzig 1680.
Adam a Lebenwaldt Land- Stadt- und Haus Arzneibuch zum Widerstand gegen pestilenzialische Krankheiten. Nürnberg 1698. fol.
G. Budaeus consilium medicum, wie man nicht allein wegen der höchst schädlichen Seuche der Pestilenz, sondern auch der bösen Fleckfieber, und anderer hitziger Krankheiten etc. sich verhalten, bewahren nnd kuriren könne. Burdissin 1710. 4.
Des Raths zu Dresden Ordnung, wie bei ereignenden gefährlichen Seuchen und anderen ansteckenden Krankheiten zu verhalten. Dresden 1711. 4.

G. E. Stahl de erroribus practicis circa contagiosarum malignarum febrium curationem evitandis. Halae 1713.

F. W. Steuerlin curieuse und nützliche Gedanken von denen itzo in etlichen Theilen der Welt grassirenden Seuchen, und zwar nur von etlichen höchst nöthigen Cautelen, die in Verhütung und Curirung anzuwenden. Leipzig 1712. 4.

J. v. Muralt Aretaei Neu eröfneter Balsamischer Gesundheits-Schatz, wider die ansteckenden Seuchen. Zürich 1714.

J. Scheer d. de dubio effectu medicamentorum in febribus malignis contagiosis. Duisb. 1724.

C. F. Silberschlag Unterricht, wie sich bei ereignenden giftigen Fiebern und ansteckenden Seuchen sowohl Gesunde verwahren, als auch Kranke verhalten sollen. Arnst. 1725.

A. E. Buechner de provido emeticorum usu in morbis acutis contagiosis. Halae 1756. 4.

J. Juncker de mediis contagii epidemici, ortum, communicationem et actionem in corpus prohibentibus. Halae 1758.

Ludwig progr. fines officii medentium in morbis contagio nocentibus. Lips. 1758.

A. P. Nahuys d. de qualitate noxia aeris in nosocomiis et carceribus, ejusque remediis. Harl. 1770. 8.

S. A. Tissot Anweisung, wie man sich bei grassirenden und ansteckenden Krankheiten zu verhalten. Leipzig 1772. 8.

J. F. Zückert von den wahren Mitteln, die Entvölkerung eines Landes in epidemischen Zeiten zu verhüten. Berlin 1773. 8.

C. A. Kortum Anweisung, wie man sich vor allen ansteckenden Krankheiten verwahren könne. Leipzig 1779. 8.

F. L. Bang de prophylaxi a contagiis (soc. med. Havn. coll. I. p. 179).

Carrere memoire sur un moyen de se préserver des maladies épidémiques contagieuses (Hist. et Mem. de la soc. de Med. de Paris 1780 et 81. Mem p. 215).

Godart reflexions sur quelques moyens de garan-

tir de la contagion (Nouv. Mem. de Dijon. 1785. 2. p. 346.)

Th. Day some considerations on the different ways of removing confined and infectious air. London 1784. 8.

W. W. Schrötteringk Gedanken über Quarantaineanstalten überhaupt und insbes. über die Hamburgischen. Hamb. 1789. 8.

G. H. Clarke thougt upon the means of preserving the health of the poor, at preventing and suppriming the epidemical fevers. Lond. 1790. 8.

J. C. Smyth account of the experiment made to determine the effect of the nitrous acid in destroying contagion London 1796. 8.

Ein neues Mittel, die Gefahr der Ansteckung und selbst die Unannehmlichkeiten bei Sectionen auf anatom. Theatern zu verhindern (in Hufeland's u. Göttling's Aufklärungen der A. W. I. 2. Nro. 4.)

S. L. Mitchill thoughts on quarantaines and lazarettos (med. reposit. V. n. 2. app.) — on the gaseous oxyd of azote etc. New-York. 1795. 12 — on the nature of septic gas etc. (med. rep. 1799. II. no. 1.)

Proceedings of the college of physicians of Philadelphia relative to the prevention of the introduction, et spreding of contagious diseases. Philad. 1798.

A. P de Escovar historia de todos los contagios, su preservasion y medios de limpiar las casas y muebles suspechosas. Madrit 1800. 8.

Wegscheider Verhaltungsregeln zur Verhütuug ansteckender Krankheiten (Schriften der Hamb Gesellsch. VII. 1800.)

L. B. Guyton Morveau traité des moyens de désinfecter l'air, de prevenir les contagions et d'en arrêter les progrès. Paris an 9. 8. 2 ed. 1802.

G. Baldwin Bemerkung über die specifische Wirkung der Einreibungen des Olivenöhls gegen die Pest und zur Heilung contagiöser Krankheiten aller Art, aus dem ital. von P. Scheel. Kopenhagen 1801. 8.

Heinrichmeyer d. de artificiali contagiorum insitione. Erlang. 1802.

C. G. Hopf Schreiben über die Entdeckung eines der wichtigsten Mittel, die Luft zu reinigen und die Ansteckung zu verhüten. Tübingen 1802. 8.

J. Johnstone account of the discovery of the power of mineral acid vapours to destroy contagion. London 1803. 8.

Kevaudrens Reglementsvorschläge, um das Eindringen ansteckender Krankheiten von der Meeresseite her in Häfen zu verhindern wo es keine Quarantaine-Lazarethe gibt. Herausgeg. von M. Friedländer (in Hufeland's Journal der pr. A. 1805. N. J. 14 Bd. p. 129).

C. A. Fischer über die Quarantaine-Anstalten in Marseille. Leipzig 1805. 8.

Buniva resultats détachés de quelques recherches expérimentales sur les phénomènes de l'infection et de la désinfection tant spontanée qu' artificielle (Mem. de Turin 1805—8. T. IX. sc. phys. et math. Hist. p. xcv. m. p. 127).

C. G. Oertel Tabellarische allgemeine Anweisung zur Verhütuug ansteckender epidem. Krankheiten etc. Naumburg 1806. fol.

C. Mayr specimen practicum de remediis efficacissimis in morbis contagiosis etc. Viennae 1806. 8.

J. Barzelotti Polizia di sanità per evitare i contagi. Siene 1806. 8.

J. Penada ragionamento medico-profilatico ai medici etc. Padova 1806. 4.

J. C. Renard die mineralsauren Räucherungen als Schutzmittel gegen ansteck. und epid. Krankheiten. Mainz 1810. 8.

A. Caron manuel de santé et d'économie domestique etc. Paris 1812. 12.

M. J. Gutberlet Versuch über die Sicherungsanstalten gegen die Entstehung und Ausbreitung contagiöser Krankheiten im Felde etc. Würzburg 1811. 8.

F. S. Kosak d. de fumigationibus acidis in morbis contagiosis. Landishuti 1812. 8.

Gehlen Einige Bemerkungen über Vorbeugungsmittel gegen ansteckende Krankheiten (Schweigger Journ. für Chemie. VII. p. 372).

L. W. Gilbert Anweisung, um bei bösartigen Fieberepidemieen aller Art sich gegen die Ansteckung zu schützen etc. Leipzig 1813. 8.

L. G. Kühn Briefe über die Mittel, die athmosphärische Luft, besonders bei allgemein verbreiteten ansteckenden Krankheiten zu reinigen. Leipzig 1813. 8.

C. H. E. Bischoff Hülfsbüchlein für Jedermann zur Verhütung und glücklichen Bekämpfung bösartiger, ansteckender und epidemischer Fieber. Frankfurt 1813. 8.

C. F. Graefe die Kunst, sich vor Ansteckung bei Epidemieen zu sichern. Berlin 1813.

Ebers über Vorbauungs- und Verhaltungsmassregeln bei ansteckenden Fiebern (Jahresbericht über den Zustand des Krankenhospitals zu Allerheiligen). Breslau 1814. 4.

K. v. Gimbernat Anleitung, um der Ansteckung und Verbreitung der Fieber-Epidemieen durch zweckmässigen Gebrauch der bewährtesten Mittel vorzubeugen. Aus dem Franz. mit Zusätzen von C. W. Beckmann. Karlsruhe 1814. 8.

E. Romershausen Luftreinigungs-Apparat zur Verhütung der Ansteckung in Lazarethen und Krankenhäusern. Halle 1815. 8.

J. F. Wittmann Erfahrungen über die Ursachen der ansteckenden Krankheiten belagerter Festungen, nebst geeigneten Vorschlägen die Entstehung derselben zu verhüten etc. Mainz 1819. 8.

H. Ritter Abhandlung von den Ursachen ansteckender Krankheiten, und den physischen und chemischen Mitteln, um ihrer Entstehung, vorzüglich in belagerten Städten, vorzubeugen, und ihre Verbreitung zu verhüten. Leipzig 1819. 8.

Ch. Maclean suggestions for the prevention and mitigation of epidemic and pestilential diseases. London 1819. 8.

SECTIO PRIMA.

Sciagraphia pathologico-therapeutica morborum contagiosorum.

§. 1.

Contagium.

Contagium productum est morbosum corporis animalis, quod contactu [1]) agens in aliud

1) Vis contagiosa inhaeret plerumque palpabili s. concretae materiae, praecipue pituitae animali, puri et lymphae purulentae; multo rarius inpalpabili et invisibili substantiae et per aërem atmosphaericum diffusili. Contagium immediato contactu generatum etiam c. per fomitem, et alterum illud invisibilibus vaporibus conceptum c. ad distans nuncupatur. Plures morbi contagiosi, e. g. variolae utroque modo propagantur. Respectu habito ad characterem morbi contagia per contactum s. fixa etiam chronica appellantur, e. g. scabies, lues ven., cancer, plica pol.; illa autem quae in distans agunt, ha-

corpus, opportune ad hoc dispositum [2]), eandem vel simillimam [3]) morbi speciem, ejusdem contagii semina in se continentem, excitat.

§. 2.

M i a s m a.

M i a s m a t a vero ea subtiliora germina vocantur, quae singulari naturae anorganicae [4]) actu, in aëre conflata et disseminata [5]), perque

---

lituosa, febrilia s. acuta, e. g. scarlatina, variolae. Recte admonet L a r r e y (ap. Brera l. l. §. 67.) in lingua medica vocabulum c o n t a c t u m non solum ipsam corporum contingentiam, sed magis maximam vicinitatem illam significare, qua duorum corporum atmosphaerae sese conjungere et aegroti effluvia in sanum agere possint.

2) P. d e S o r b a i t (Universa medicina fol. p. 531. cap. 14. de causis pestis) ait: "Ad contagium non sufficit, ut sese mutuo contingant res, sed ut in eodem morbo symbolizent."

3) Variolae confluentes non semper easdem regenerant. Canina rabies ab illa, quam in homine excitat, diversa est.

4) Dissolutio chemica, vel putredo corporum animalium et vegetabilium in aëre, saepius causa miasmatum habenda est. Sic in paludibus, regionibus inundatis. *Sicut morbus Contagia, ita mors Miasmata gignit.*

5) Miasmata pendent a tempestate, anni tempore, coeli vicissitudinibus, et tamdiu agunt, quamdiu illorum menstruum, nempe aër, peculiarem qualitatem habet; sed contagii effica-

hunc sese communicantia, morbos quidem, sed non semper ejusdem naturae atque indolis in aliis procreant [6]).

Miasmata specificam sui generis vim procreativam non includunt; magis morborum sunt causee occasionales, quam unicae et primariae, neque unum tantum vel alterum opprimunt, sed magis vulgo et promiscue ingruentia endemias [7]) atque nonnunquam epidemias constituunt [8]).

---

cia et divulgatio vel parum vel omnino non constitutioni epidemicae, endemicae, stationariae et annuae subjecta est.

6) Miasma paludosum hic febres intermittentes, illic typhum s. scorbutum producere potest. E. Miller ait: (an attempt to deduce a Nomenclature of certain febrile et pestilential diseases from the origin et nature of their remote cause. in Medical Reposit. New-York. vol. 7. 1804. p. 362) "All these, as they are supposed to be „the effect of a common principle, somewhat „modified, which is properly called Miasma, „or the effluvium of dead animal and vegetable „substances undergoing decomposition, may be „denominated Miasmatic Diseases."

Transeunt vero haud raro morbi miasmate provocati in contagiosos.

7) Quid morbi endemii et epidemii sint, bene Galenus docuit Prooem. in lib. 1. Epidem. Hippocr.

Ut illi morbi, qui circumscripto loco grassantur endemici, sic illi, qui ubique dispersi sunt, pandemici nuncupantur. Morbi endemici et contagiosi nonnunquam ii sunt iidemque, e. g. plica polonica, sycosis indica (Yaws), thymiosis indica (Pians).

8) Epidemia existit, ubi magnus hominum nume-

§. 3.

Morbus contagiosus.

Ille autem morbus in specie contagiosus denominandus erit, qui in decursu virus quoddam vitale regenerat, quod modo volatili natura, modo materia palpabili involutum, ex remotissimis quandoque locis importatum, interjecto aliquo tempore, in aliis eandem morbi naturam, eadem symptomata atque eundem decursum efficit.

Na-

---

rus iisdem causis, quae late dispersae quoddam tempus perdurant, simul eadem morbi specie afficitur. Dispositio ad grassantem morbum d. epidemica appellatur. Constitutio epidemica sporadicae contraria est.

Si durante epidemia aegri cito et numerose moriuntur, et cadavera mox putrescunt, morbus nequaquam statim contagiosus habendus est. Male Thiermairius (consultationes 1673. fol. p. 193) contagium posuit perpetuum fere et individualem morborum popularium comitem.

Sunt quidam morbi, ut dysenteria et febris petechialis, qui initio epidemici, in acme contagiosi redduntur. Hoc enim morbi stadio producta a normali statu prorsus aliena evadunt. Hildenbrand (über den Typhus p. 24) contendit, quamlibet severam epidemiam postremo in contagiosam converti.

Epidemia, certam regionem ambiens stationaria, locos commutans ambulans vocatur. Illa (e. g. febris flava) miasmatibus, bello, fame, generatur, haec ut catarrhus epidemicus, universis magis causis, quas cosmicas vocant, provocatur et plus minusve regulariter evenit.

Naturam morbi contagiosam solummodo evincere possunt: exempla insitionis; iter morbi successivum ab uno ad alterum; solertissima observatio eorum casuum, in quibus communio cum aegris ejus morbi certissima causa fuit, absque autem illa ne unus quidem in eum morbum incidit.

§. 4.

Definitionum inconstantia.

Definitiones heic propositae non in omnibus, praesertim priorum temporum, scriptis tibi occurrent. Distinctio non tam subtilis fuit, multi synonimice et absque discrimine, et ipsi quidam recentiores scriptores, inversa ratione illis denominationibus usi sunt [9]).

---

9) E. g. Unzer (Pathologie ansteck. Krankheiten §. 23) "contagia, materiae contagiosae heifsen die fremden, besonders Dunstgifte; Miasmen solche, die durch Ansteckung wirken. §. 35. Das Miasma wird allezeit im Körper des Kranken und aus seinen eigenen Säften bereitet." Sic etiam Nacquart (Dict. des sc. med. s. v. cont.) *Infectio* est contagio per aërem. Hosack (On contagion p. 15) ait: "Lind in his papers on contagion and infection (which he considers as synonymous terms) is guilty of this error. Dr. Bayley in his account of the yellow fever, which prevailed in New-York in 1795, proposed a distinction between contagious et infectious diseases. He made use of the first term to denote such, as are communicated under any circumstances of atmo-

Nonnulli suis sententiis et figmentis definitiones accomodaverunt [10]). Optandum est, ut tandem in verbis saltem consentiamus.

§. 5.

Quinam morbi excludendi.

Falso huic morborum numero adscribebatur sympathia, sic dicta, contagiosa, mera illa sympa-

---

sphere, whether pure or impure, as small-pox, measles etc. Infectious diseases he denominated those, which are communicated in consequence of an impure or vitiated state of the atmosphere, i. e. that the impurities of the atmosphere communicate the disease, not that the air contains any specific material derived from the patient, except such as may be occasioned by want of cleanliness.

Hufeland (Pathologie p. 331) miasma contagium mortuum appellavit.

10) v. g. Gebel (Bruchstücke über anst. Krankh.) "Wird der ansteckende Stoff in Dunstgestalt, wie bei Masern, Scharlach etc. ausgeschieden, so heifst er Miasma, ist hingegen tropfbare Flüssigkeit seine Form, so wird er Contagium genannt."

Roeschlaub (über Pathogenie II. §. 1069) "Ich möchte Miasmen diejenigen Ansteckungsstoffe nennen, welche geradezu als mehr chemische Schärfe wirken, und phagädenische (um sich fressende) Geschwüre erzeugen, wie das venerische, das Krätzen-, Grindkopfmiasma etc., und welche sichtbar den Körper verunreinigen; Kontagien hingegen die übrigen, welche geradezu als weniger chemische Schärfen, und mittelbar mehr die Erregung verstärkend wirken."

thia, qua, solo aspectu et imaginatione, similes affectus convulsivi et epileptici ut in aliis excitantur. Itidem neutiquam contagium statuendum est, si juvenes, cum senibus dormientes, demarcescunt.

§. 6.

Differentia quoad temporum rationem.

Morbi contagiosi, qui prioribus temporibus procreati ad hoc usque tempus perduraverunt, primogeniti, et eorum contagium permanens s. communicativum appellantur, e. g. variolae, lues venerea. Qui autem nostris diebus gignuntur sine contagio jam existente [1]), secundarii nuncupantur, et eorum contagium accidens, temporarium, originarium, spontaneum. e. g. pellagra, febris flava, febris intermittens, typhus.

§. 7.

Variae morborum cont. origines.

Morbi contagiosi multiplici modo contrahuntur. Primo specifica materia, corpori illata, e. g. lues venerea; deinde sua sponte [2]) peculiari actione corporis, e. g. hydrophobia, typhus; tunc

---

1) Nulla contagia in praesentia ullo modo gigni, sed entia specificae naturae adesse, probare conatus est Fr. Puccionotti dei contagi spontanei.

2) cf. Brera l. l. §. 60.

succorum depravatione, e. g. tinea capitis, cancer; denique causis quibusdam externis, e. g. scabies pulvere pannorum; febris pestilentialis aestu, exhalationibus putridis. Nec minus alias causas culpant, perhibentes luem haereditario modo progigui, rabiem caninam strammonio [3]), dysenteriam quadam piscium specie oriri [4]).

§. 8.

Contagiorum domicilia.

Contagia vel vernacula sunt, vel peregrina. Ex his quaedam pervagantia extant, ut pestis et catarrhus epidemicus, ad libitum advenientes, pergentes, revertentes; alia inter nos diversantia, quanquam non apud nos orta, ut variolae; alia adoptiva, quae, quamvis jus civitatis sibi vindicarint, tamen certis solum temporum conditionibus ingruunt, ut scarlatina, tussis convulsiva; alia relegata, et quodammodo apud nos demortua, ut lepra.

§. 9.

Causae praedisponentes.

Ad contagium excipiendum et divulgandum multae et physicae et psychicae causae conferunt. Sic anni tempus, aër depravatus, loci inundati,

3) Hoc factum esse testantur Lobstein et Gmelin cf. Unzer Path. anst. K. §. 108.
4) Unzer §. 172.

corpora putrescentia, nimia atmosphaerae humiditas, atmosphaera humido-calida, defectus lucis et victualium, mala conditio ciborum et potus, fames, immundities, refrigeratio, nimia corporis defatigatio et debilitas, peregrinae gentes, morbi epidemici, moeror, cura, timor, terror.

§. 10.

Materiae inficientes.

Homo, quandoque contagio arreptus, priusquam ipse effectum ejus senserit, ad alios id deferre potest [5]). Inter corporis succos praecipue sanguis infectionis vi gaudere videtur [6]).

---

5) Unzer l. l. §. 175. "Personen, welche Tripper und Lustseuche empfangen haben, stecken oft andere an, ehe sie selbst davon erkrankt sind" Typhum etiam hoc modo propagari posse probat Stieglitz vom Scharlachfieber p. 58.

6) Fabrum ferrarium equi psorici sanguine psora infectum esse Pyl refert, Med. chir. Zeit. 1801. II. Nro. 31. p. 94. Teste Viborg (Nord. Archiv I. p. 541.) mucus (equorum morb.) sanguine propagatur. Morbillos sanguine hoc morbo laborantium cieri posse, praecipue Fr. Home periculis quibusdam probatum it. In med. facts and exper. Lond. 1759. p. 283 ait: "the blood of a measly patient contains a sufficient quantity of the morbific matter, to produce, by some fermentative power natural to it, the measles" Variolas sanguine nullo modo excitari contendit Darwin Zoonomie übers. von Brandis II. Abschn. 32. p. 256. Hartmann (Theorie der Krankheit p. 140) sanguini in genere infectionis vim denegat.

Secreta naturalia, morbo singulari modo mutata, tanquam contagia agere valent, inprimis mucus narium [7]), tracheae, bronchiorum, urethrae (gonorrhoea virulenta), sic lac et saliva (hydrophobia). Sed in lue venerea lac tantummodo contagii vim acquirit, si morbus vehementissimus evadit. Matres typho correptae infantibus mammas praebebant, nullo eorum incommodo. Pestis bile communicari dicitur. Urina variolosorum natura contagiosa neutiquam gaudere videtur. Materies ex animalibus excretae, e. g. faeces alvinae, exhalatio pulmonum, sudor, perspiratio cutanea, quae in unum locum coacervantur, tam inimice in alios agunt, ut ne sanissimus quidem incolumem ab iis se conservare queat; qua ex causa illis contagiosa natura tribuitur. Exempla praebent sic dictae febres nosocomiales, carcerales, putridae.

Eadem vis omni jure concedenda est secretis quibusdam extraordinariis, ex morbo ortis, e. g. ichori cancroso; puri syphilitico, psorico, varioloso; lymphae variolae vaccinae.

Ipsae partes quaedam corporis, per morbum remotae vel ex aegris desumptae, morbum contagiosum importare possunt, ut e. g. epidermis scarlatinam. Huc ponendum erit periculum, quod Rossi [8]) instituit; ille enim particulam

---

7) Hic ab Hildenbrand (über den Typhus p. 264) in typho malae naturae habetur.

8) Mem. de Turin 1805-1808 vol. 16. p. XCIX "il a trouvé, que la salive et les nerfs fumans sont les seules parties qui communiquent la rage."

nervi cruralis ex rabida fele excisam, adhuc calidam, sano cani, vulnere in collo facto, immisit; quo facto canis rabie afficiebatur.

Momento illo, quo vita e corpore discedit, periculum infectionis in quibusdam morbis vehementissimum esse videtur; haec vis debilior redditur, quo magis corpus rigescit, sed inchoante putredine resurgit, ad finitam usque perdurans. Post mortem igitur generatio contagii non desinit, sed id, quod durante vita gignebatur, quoddam tempus emortuo adhaerere posse verisimillimum est.

Aër aegrotum ambiens, atque in certo morbi statu haustus, contagionem vulgare potest. Fines hujus effectus certos definire nequimus; melius erit spatium latius quam arctius extendere [9]). Observationes docent, aërem circa lectulum variolosi ad distantiam sex pedum contagiosum esse.

Postremo variae substantiae memorari debent, quae contagium excipere et ad alios transferre valent. Huc pertinent praecipue res ex partibus animalibus consistentes vel ex his paratae ut lana, pelles, panni, plumae; tum illae, quae ex vegetabilibns originem trahunt, ut lana arborea, cannabis, linum, stramentum [10]) et alia hujuscemodi.

---

9) Cf. Monthly Magazine April 1803. p. 260.
10) Cf. Sprengel Beitr. I. 1. p. 96.

§. 11.

Organa cont. haurientia.

Omnia paene contagia affectione membranae pituitosae narium [1]) et faucium sese manifestant. Itidem per cutem [2]) plurima contagia corpus intrare, insitiones probant. Sed et aliis viis, e. g. per pulmones [3]), vaginam, urethram, intestinum rectum, corpus illis affici potest. Sed stat cuilibet contagio certa via et modus, citra quem nullus effectus. Sic verbi gratia virus syphiliticum, pestiferum et sputa phthisicorum jam pluries sine detrimento devorabatur.

§. 12.

Contagiorum sedes.

Alia contagia organon commune habent, alia vel proprium, vel modo singulas organi cujus-

---

1) De infectione organi olfactus cf. Harles opp. minora acad. T. 1. Lps. 1815. "Osmologiae medicae elementa." Refert inter alia modum insitionis variolarum artificiosum per nares, ope materiae recentis, naribus ad adorandum subjectae.

2) Cumprimis ubi tenera epidermis illam tegit, aut ubi haec remota est erosionibus, vulneribus, ulceribus. Brera (l. l. §. 82) contendit, contagionem per immediatum contactum unice per cutem fieri.

3) Cfer. singularem explanationem, quam Wintringham (of contagious diseases p. 226 et 268) de infectione per pulmones proposuit.

dam partes. Luis contagium membranam pituitosam tendit, plicae partes pilosas, scabiei cutem, hydrophobiae glandulas salivales et basin linguae. Morbillis afficiuntur oculi, nares et trachea; scarlatinâ tonsillae; variolis fauces et nares; febre flava substantia hepatis. Nonnulla autem migrant ex uno organorum ordine in alterum et sic porro, e. g. contagium luis ex membrana pituitosa genitalium in illam faucium, narium, oris, in cartilagines, in cutem externam, ossa.

§. 13.

Dispositio ad morbum contagiosum.

Dispositio ad contagium recipiendum pendet a variis conditionibus, quae individualem hominem constituunt. Contagium solum absque causa praedisponente non sufficit morbo producendo. Epidemiae contagiosae tempore non omnes inficiuntur, qui eidem contagio expositi vivunt. Ideo respiciantur praeprimis haec momenta: *a*) Constitutio et temperamentum corporis et animi. Infectio inter duos, qui hoc respectu sibi similes sunt, facilior reddi videtur [4]). *b*) Animi pathemata [5]). Alii contagium per ima-

4) **Brera** l. l. §. 103 et 104.

5) Frankfurter Bericht zur praeservation. 1611. 4. "Sicut enim aqua non concipit colorem inspersum, nisi mota, ita contagium non facile imbibit humor, nisi animi pathematibus agitatus."

ginationem [6]) alii per terrorem transferri statuerunt [7]). *c*) Aetas. Infantia magis a variolis, tinea, crusta lactea affligitur; juventus a morbillis et scarlatina; aetas virilis a typho. Quo juniores, eo mitiores evadunt affectus; quo propius vitae culmini, eo periculosiores. Qua de causa insitio primâ infantiâ est instituenda. Senes non facile corripiuntur [8]). *d*) Genus. Muliebre e. g. magis ad typhum proclive est [9]). *e*) Vitae modus, consuetudo, idiosyncrasia, patria [10]). *f*) Status morbosus. Tenui cute praediti, magis sunt ad typhum apti [1]). Sunt, qui eos in universum ad contagium proniores existiment, quorum systema glandulosum affectum est [2]). Cacochymia, verminatio, immundities scabiei favent. Morbus au-

---

6) A. Kircher (scrut. pestis Romae 1658. p. 110.) ait: "Inter caeteros medicos J. B. Helmontius imaginationis in peste contrahenda doctrinam pro aris et focis defendit. Nos, tametsi illi aliquid concedendum putamus, ab illo dissentimus."

7) D. A. O. Rivinus d. de Lipsiensi Peste A. 1680. 8. p. 22 et 30.

8) G. Richter de constantia senilis valetudinis. Gott. 1752. 4. opp. III. p. 208. "Maligni inprimis et contagiosi morbi robustos sternunt, ut pestis, quam e contrario senes minime sentire, jam Plinius docuit (Hist. Nat. l. VIII. C. 50)."

9) Hildenbrand l. l. p. 137. Lebenwaldt p. 138 b. virginum pestem memorat.

10) cf. Lebenwald p. 139.

1) Hildenbrand ibid.

2) Balme l. l. p. 9.

tem venereus, variolae, phthisis, herpes, scabies et suppurratio prophylaxin exercent contra pestem et typhum [3]. *g*) Morbi exacti, praesertim si idem jam morbus corpus afflixit, saepius tuentur a nova infectione. Extant autem exempla, quae probant, morbillos, variolas, scarlatinam, typhum pluries corpus afficere posse. Hoc scabie et lue venerea fieri nemo unquam dubitavit.

§. 14.

Contagiorum effectus.

Maximum effectum ingruente contagio sentiunt atque vicissim exercent systema lymphaticum, nerveum et sanguineum. Contagium agit ad ignis instar, serpens paulisper, inficiens, et tamdiu corripiens, quamdiu materies adest ad alendum incendium apta. Pestis contagium sanum hominem plerumque illico aegrum reddit, eumque paucis horis post interficere potest. Ephemera illa pestilentialis britannica, sudor anglicus dicta, intra paucas horas homines antea sanissimos de medio sustulit. Variolarum contagium plerumque septem dies requirit, venenum canis rabidi variat secundum corporis coelique conditionem. In universum tempus inter infectionem et morbi eruptionem arcte definiri nequit, et melius erit illud minus circumscribere [4].

---

3) Brera l. l. §. 177. ex talibus exemplis colligit, semper debilius contagium cedere fortiori.
4) cf. quae de typho Kausch monuit in Hufeland's N. Journ. 1814. T. 32. 1. p. 65.

Quo tardius contagium agit, eo periculosior postea morbus evadit, e. g. cancer, lues. Nonnulla contagia, a corpore jam excepta, diu latere possunt, donec [5]) faventibus rebus excita, effectum suum exserant.

§. 15.

Contagiorum natura.

In explicanda vera contagiorum natura frustra adhuc desudaverunt medici et pathologi. Quantumcunque observandi et disserendi acumen ex eorum commentis eluceat, nihilo tamen minus dissimulari nequit, in haec naturae interiora sacra nullum adhuc quidem mortalium ulterius penetrasse. Ut minime sufficit assertio Veterum, naturam contagiorum (quae maximam partem peculiari odore praedita sint) positam esse in putredine, vel in acido quodam, in partibus sulphureis, in arsenicali viro vel principio salino [6]);

---

5) Hic status a Brera (l. l. §. 223.) "delitescentia contagiosa" vocatur.

6) Has sententias cumprimis proposuerunt Fracastorius, Sylvius, Hoffmann, Sorbait, Teichmeyer et Wedel. Fuerunt etiam nonnulli (cf. Barchusen de Med. orig. et progressu diss. XV. 16.) qui crediderint "miasmata pestifera esse spiritus, ex cadaveribus militum, in ipso iracundiae furore occisorum, egressos, qui in aëre fluctuantes, et ab aliis attracti, furorem, vindictam, et occidendi furorem, in corpora, in quae migrarunt, exerant, ideoque spiritus hujusmodi vocari a nobis occisores."

sic plerorumque recentiorum observationes microscopicae [7]), analysis chemica [8]), et comparatio cum similibus materiis et effectibus, cum venenis [9]), generatione [10]), fermentatione et germinatione [1]), magnetismo animali [2]) actione galvanica [3]) et electrica [4]) non majorem lucem at-

---

7) L. Sacco neue Entd. über die Kuhp. Aus dem ital von W. Sprengel. Leipz. 1812. 12 Kap. His experimentis elucet, contagia proxime accedere ad semen, pus, sanguinem; in lympha enim variolae vaccinae conspiciuntur permulti globuli, qui in humore pellucido natant et perpetuo moventur. Haec corpuscula variae sunt magnitudinis et formae, et effectus materiae ipsius cum hac globulorum multitudine proportionem sistit.

8) C. F. Harles, (die gerechten Besorgnisse und die gegründeten Vorkehrungen Deutschlands gegen das gelbe Fieber. Nürnberg 1805) contagia, respectu habito ad chemicas qualitates, in varias classes distinxit.

9) Brera l. c. cap. VIII. Ea de causa contagia vulgo venena, et a nonnullis Anglis "morbid poisons" appellantur.

10) Bach Grundzüge §. 100. Treviranus Biologie T. III. p. 405. Brandis allgem. Pathol. §. 122. Exercent propagationem specierum atque insitionem alienae vitae.

1) Hufeland System der pr. Heilk. II. 2. p. 336.

2) cf. Fr. Hufeland über Sympathie.

3) Sprengel instit. phys. III. Pathologia gener. §. 160.

4) Balme l. l. p. 4. Sic e. g. inter alia contendit "scabiem plerumque in exercitibus caput attollere 1) post labores continuos et graves,

tulit, quam aliorum conatus vivum quoddam in illis eruendi [5]), et contagiorum effectum cum natura corporum parasiticorum comparandi [6]). Iti-

---

qui debilitando milites, electricitatem eorum minus haerentem faciunt. 2) post pluvias, quae ejusdem electricitatis exitum e corpore adjuvant."

5) Jam Ettmüller ait (opera Instit. med. pars II. Pathologia p. 202) "In omni morbo contagioso, praeter fermentum s. seminium morborum, in specie spiritus vitalis, vel influxus vel insitus, ceu illius subjectum proximum, considerandus."

6) Opinionem de corpusculis organicis (de seminio animali) potissimum amplexi sunt: Linné (disp. Exanth. viv. Upsal. 1757 in amoen. ac. vol. V. p. 93. ait: "ea causa nobis videtur proxima, qua statuitur, contagium ex vivis animalculis provenire)." Crell diss. cont. viv. lustr. Helmst. 1768. Plenciz opp. T. I. §. 46 "causa materialis contagii verisimilior est miasma verminosum, s. principium aliquod seminale verminosum specie diversum; a principio mundi a Deo productum, unde morbi contagiosi originem habent, et propter quod ipsi, uti plantae, inter se specie differunt." Novissimo tempore contagia cum insectis comparavit Wagner (vom Contrastimulus p. 35). Infusoria esse prae aliis Reimarus in praefatione ad Antrechau Nachrichten von der Pest in Toulon, übers. von A. Knigge §. 25 exposuit. Quin imo Goeden (Isis 1820. Heft 70) doctrinam de contagiis nil nisi historiam naturalem infusoriorum esse pronuntiavit.

dem sola inflammationis actio [7]) contagii veram originem non illustrat.

Quoad analysin contagiorum chemicam, quam multi magni momenti habent, jam alias scite observatum est, eam non magis valere quam analysin cerebri ad sententias eruendas. Quid juvat solum vehiculum, lympham vel pus explorare, cum ad specificum illud morbi germen reagentia desunt? Sed et vehicula ipsa resistunt actionibus chemicis, et adhuc sub judice lis est, cuinam classi sint adscribenda [8]).

Contagia corpuscula esse quaedam organica opinio est jam pridem a pluribus prolata. Varii enim insecta pusilla adesse statuerunt in scabie, variolis, morbillis, petechiis, peste, ulceribus venereis, in typho adeo contagioso (exceptis exhalationibus aegrorum sub vitreis lagenis), in hydrophobia. Utut observationes de animalculis istis se habeant (non cuivis enim gestienti ea videre contigit) cum a nemine satis probari potest, ea mali causam, nec potius effectum esse, multo

---

7) Dzondi l. l. p. 13 et 14. "Jede Entzündung, wenn sie ihren vollständigen Verlauf durch 2 oder 3 Stadien hat, kann ihr eigenthümliches Contagium erzeugen."

8) Statuunt nonnulli, volatilia contagia magis ad classem gasis hydrogenii, fixa autem ad illam azotici pertinere. Effectum acidorum in quibusdam contagiis eo explicare conantur, quod substratum contagii materiale sic dictae basicae naturae esset.

minus in iis primaria vis et efficientia contagii quaeri debet.

§. 16.

Contagiorum duratio.

Contagium nunc citius, nunc serius deletur. Contagium pestiferum et variolosum faventibus conditionibus per triginta annos conservari potest. Iidem contendunt, istud febris flavae et gangraenae nosocomialis, si influxus aëris arcetur, perdiu posse servari. Hoc etiam scarlatinoso vindicatur. Lympha vaccina et typhi contagium ultra [9]) tres annos efficientiam exhibent. Morbi contagiosi, si per quoddam temporis spatium grassati sunt, tandem vi infectionis, quae initio efficacissimam sese exhibet, privantur; sive quod contagii actio a mortalium genere quasi assimilatur, et nonnunquam corporum ad ea propensio perpetua insitionis serie exstinguitur; sive quod periodice eae conditiones, quae divulgationi favent, adesse desinunt. Immo fieri potest, ut quaedam cum tempore prorsus apud nos deleantur, ut lepra. Ephemera illa pestilentialis britannica jam ultra ducentos annos disparuit.

Duratio singulorum contagiorum pendet etiam a rebus, quibus adhaerent, et ab aëris temperie, in

9) Hoc contra Hildenbrand l. l. p. 123. Dzondi l. l. p. 18 asserit, quocum consentit Brera l. l. §. 310.

in qua servantur. Contagia ad partes animales affixa diutius vivunt, quam ad minerales; et in universum diutius in sicca quam in humida atmosphaera. Sed respectus est habendus ad naturam morborum specificam. In frigidiori enim aëre Yaws evanescunt, syphilis in calidiori facilius sanatur. Diutissime contagia conservantur in gase azotico, citissime autem delentur in oxygenio.

§. 17.

Decursus morborum cont.

Morbus contagiosus, ut quisque alius, certa percurrit stadia, et quidem unum, in quo morbus sese manifestat, alterum, in quo reproductio contagii, et tertium, in quo crisis procedit. In universum dici potest, hoc morborum genus initio facile reprimi, sed non facile distingui. Saepius prodromi non animadvertuntur. Stadium infectionis ad eruptionem morbi a multis [10]) periodus veneni latens nominatur. Character inflammatorio - catarrhosus exanthematico in om-

---

10) Primum a Haygarth, letter to Dr. Perciva on the prevention of infectious fevers Bath 1801. 8. p. 64. Stieglitz (vom Scharlachfieber p. 79) de febribus contagiosis exanthematicis ait: "Gemein ist allen, dafs zwischen der Ansteckung und dem ersten Ausbruch der Krankheit mehrere Tage verlaufen, während derer vollkommenes Wohlseyn statt findet."

nibus febrilibus contagiosis morbis plus minusve praeit. Quo volatilius contagium, eo breviorem, quo fixius, eo longiorem morbi decursum perficit; exempla praebent typhus et lues venerea. Sed difficile est, certos fines cuilibet stadio ponere [1]). Nonnunquam morbus hicce tempore criseos vehementissimus evadit, amat enim metastases. Crises ipsae in genere fiunt per sudorem, urinam, alvi fluxus, abscessus. In istis organis, in quibus contagium primo figebatur, saepius desorganisationes et pseudoorganisationes oriuntur. Sub finem morbi praecipue exanthematici ad characterem nervosum tendunt. Hoc etiam stadio plurimi interdum degenerare videntur, ita ut loco proprii morbi alium ab illo excitatum esse crederes. Morbi secundarii pluries chronici sunt; et quidem affectiones organorum sensus, aurium, oculorum, pulmonum, hepatis, glandularum, ossium; hydrops, obduratio, obstructio, suppuratio, tabes. Morbi recidivi quam maxime facultate inficiendi privati sunt. Quandoque successus quidam horum morborum praevalet. Sic e. g. saepius invenies variolas morbillos, hos scarlatinam, hanc typhum sequi. Apparente

---

1) Hildenbrand (über den T. p. 38.) putat stadium opportunitatis nunquam brevius quam tres, et nunquam diutius quam septem dies durare. Gutfeldt (Ueber anst. Kr. p. 76) annotat, Swediaur vidisse interjectis duodecim horis post coitum impurum cancros oriri, et se ipsum hos quinque horis post apparentes observasse.

in Oriente peste desinunt variolae, et primus variolis laborans signum mox evanescentis pestis judicatur. Non facile homo a duabus febrilibus affectionibus uno eodemque tempore afficitur, sed tamen exempla adsunt probantia, variolas et morbillos, vaccinas et morbillos, illas et scarlatinam et rubeolas uno eodemque die erupisse et consueto modo decurrisse [2]). Sic notatu dignus est ille casus, quo inter tempus morsus canis rabidi et hydrophobiae variolae eruperunt, ac justa regula decesserunt [3]).

§. 18.

Prognosis.

Prognosis pendet a priori valetudinis statu, a morbi ipsius charactere, utrum symptomatibus simplicibus et absque difficultate erumpat, an jam initio complicationes malignae timendae sint; porro ab illius organi conditione, quod specifice morbo contagioso affectum est. In universum fausta judicii sententia reddi potest, si virium statu suffragante, stadia normaliter (neque cito nimis neque tarde) percurruntur, si exanthemata

---

2) Russel: Transactions of a soc. for the improv. of m. and ch. Knowl. II. 1800. p. 92. When the small-pox and the Measles prevailed in the same season, many of the children suffered both diseases in succession, as usual." Cf. Ring Allgem. med. Annal. 1800. Sept. p. 877. et Heinze Nord. Archiv III. p. 135.

3) Selle Medicina clinica 1781. p. 343

quoad colorem, formam et extensionem bonae naturae permanent, si neque febris hectica, neque ullum colliquativum malum accedit; inprimis vero, si affectionis cerebri vel nervorum urgentia signa sese non manifestant.

§. 19.

P r o p h y l a x i s.

Grassante morbo contagioso, vel sporadice tantummodo apparente, consilium capiendum est, ut vel transitus contagii ab uno ad alterum avertatur, vel ut dispositio ad istud excipiendum impediatur ac minuatur. Res est politiae medicae, curare, ut respectu habito ad locum, e. g. ad urbes, agrum, castra, naves, consilia apta et strenua capiantur, praecipue ut per quadragenam et praesidium limitaneum quaelibet communicatio inter infectos et sanos intercludatur. Necesse est, nosocomia pro hominibus et animalibus instruere [4]), et videndum, ne multi aegri simul in unum cubiculum constipentur; et quidem singuli infecti tam longe quam fieri potest segregentur; reconvalescentes non statim dimittantur (in nullo enim stadio contactus ipse periculosior quam in hoc); et ne quis clam aufugiat. Sed maximam curam requirunt aegri s p o r a d i c i. Talis domus quibuscunque rebus fieri potest, e reliquis excipienda

4) Dresdner Ordnung §. 35: "verdächtige sollen in das hierzu verordnete Probier-Haufs gebracht werden."

est, et ipsi infigendae erunt tabulae monitoriae. Circa mortuos circumjicias pannum aceto vini imbutum; minime deponas in loculos, et efferas nocte, ne terrore animi debilitentur. Cadavera ipsa in sepulcro publico, remotissimo ab hominum domiciliis, quam profundissime defodiantur. Res, quibus demortui usi sunt, vel sedulo purgentur vel crementur. Fuga, nonnunquam optimum remedium, in tempore sanis concedenda est. Animalia, quae ab uno ad alterum venientia non bene includi possunt, ut canes et feles, interficiantur [5]). Cuilibet suadendus est vivendi modus diaeteticus; bonus animus atque serenus; commotio; plenus somnus. Remedia, quae vocant praeservativa, e. g. excitantia [6]), tabacum [7]), masticatoria, ejectio sali-

---

5) Nonnunquam enim morbi contagiosi ut ab hominibus in animalia, sic vice versa ab illis ad homines transferuntur. Variolae verisimiliter ab equis et vaccis hominibus inferebantur. Variolae simiis cum successu insitae sunt a Viborg (Nord. Archiv II. 1, p. 172). Lue pecudum in hominibus carbunculum polonicum provocari contendunt. Cf. etiam Camerarius Ephemer. N. C. Cent. 7 et 8. p. 320: Febrem epidemicam malignam ad canem per sudorem transiisse Spleiss narrat: Misc. A. N. C. Dec. 3. A. 1. 1694. p. 80. In genere contagia animalibus alius speciei insita, aliam quam peculiarem morbi formam provocant, neque diu perdurant. Saepius hominum pestilentiae animalium necibus praenunciantur; ut e. g. pestis orientalis felium strage.

6) Haec praeprimis Hildenbrand l. l. commendat.

7) Diemerbroeck isto praeservabatur. Cf. van

vae [8]), inunctiones oleosae [9]), ulcera artificialia, insitio morbi, fumigationes [10]) (gradatim adhibendae), singula suis quaeque solummodo locis et conditionibus effectum monstrant.

Swieten Comment. VII. §. 1407. Notatu digna est haec observatio: (Morgenblatt Nro. 132. 2 Juny 1820 Nachrichten aus der europ. Türkei) "So wie Wasser- und Oelträger, so bleiben auch die in den Tabaksmagazinen angestellten Tagelöhner vor der Ansteckung gesichert."

8) Dobrzensky: (Misc. A. N. C. Dec. 1. A. 9. p. 381) "Si quis conversatur cum aegris, qualicunque morbo affectis, nunquam, quamdiu inter sphaeram vicinitatis talium moratur, salivam deglutiat, sed semper eandem exspuat."

9) Cf. Ritter l. l. p. 72. De vi prophylactica aquae cf. Finke: med. Geographie II. p. 214.

10) Praeter jam memoratam turbam in fronte operis cf. de fumigationibus acetosis Wagner vom Contrastimulus p. 138 et 179. Fumigationes muriaticae adhibendae sunt in amplis locis miasmatibus inquinatis, sulphuricae autem in aegrorum cubiculis. De flammae vi Schweigger Journ. VII. p. 375.; de illa vaporum sulphureorum cf. Brera l. l. §. 323. Observatio a Wurzer communicata (Phys. chem. Beschr. der Schwefelquellen zu Nendorf. p. 177) memoratu digna mihi videtur: "an Gesundbrunnen und vorzüglich bei Schwefelquellen nimmt man nie eine ansteckende Menschen- oder Viehseuche wahr."

§. 20.

Therapia.

Cura therapeutica id intendat, ut charactere morbi accurate eruto, causae occasionales tam caute quam fieri potest arceantur, et corpus a symptomatibus urgentibus, irregularibus actionibus et pseudoproductis defendatur.

Si contagium in corpus jam receptum ex illo aliquomodo amovere licet, citissime hoc fiat, necesse est.

Contagium per vulnus illatum, illico, ne resorbeatur, per cauteria actualia delendum est; saepius vehemens inflammatio localis prohibet, quo minus illud in systemata corporis primaria transeat.

Si suspicio subest, contagium sine vulnere corpus intrasse, respectu habito ad illius naturam, qua sive ventriculum, sive intestina, sive cutem occupet, emetica vel sudorifera, alexipharmaca Veterum, et balnea in usum vocanda erunt. Nonnunquam utraque curandi methodus indicata est.

Quum autem certa signa carent, e quibus eluceat, contagium locali cura exstinctum esse, et semper timendum est, ne morbus ipse erumpat, hic magis quam suspecta contagii praesentia respici debet.

Prae aliis morbis cumprimis contagiosorum decursum, dies criticos, naturam medicatricem

et remedia specifica [1]) medicum callere oportet; nec minus quae systemata et organa per morbum idiopathice et sympathice afficiantur, et per quae crisis vel lysis perficiatur, ut in tempore illis succurrere arte possit.

Methodus exspectandi in acutis morbis contagiosis tam diu observanda est, donec certa indicatio extra dubium posita sit. Medicus in his potissimum sese exhibeat naturae ministrum atque interpretem. Quidquid agat, prudenter agat; nimium hic plus nocet quam parum.

Aeger saepius invisendus est, praesertim tempore criseos. Inprimis autem medicus exanthematum atque inflammationis characterem perspiciat; metastases in antecessum praesagiat, et quocunque modo potest, antevertat.

In acutis plus minusve methodus antiphlogistica adhibenda est [2]). Sed cave ut liberalior

---

1) Sydenham opera Lugd. B. 1741. 8. p. 27: „optandum est, ut beneficio specificorum, si quae talia inveniri possint, aeger rectiori semita ad sanitatem proficeret; et (quod majoris etiam momenti est) extra aleam malorum, quae sequuntur aberrationes istas, in quas saepe invita dilabitur natura in morbi causa expellenda (utut potenter et docte ei ab adsistente medico subveniatur) possit collocari."

2) Burserius instit. med. de morb. exanth. febr. §. XIII. Mediolani 1785. 8. vol. II. p. 16. "Non satis animadvertere possum, calefacientia quaeque, alexipharmaca, atque nimium acria, aut irritantia universim noxia esse."

sis in vena secanda [3]), reputans, corpori, praesertim si morbus recidivus timendus sit, non parva vi vitali esse opus, ut ancipiti discrimini superstes esse queat. Evacuantia, licet initio morbi signa ea non efflagitare videantur, tamen respectu habito ad futuram morbi conditionem [4]), saepius indicata sunt, nisi vera virium afflictio et status nervosus refragantur.

Remedium ipsum a variis morbi conditionibus pendet. Sagax diagnosis eligat, et quidem ex quadam remediorum classe, primum mitiora, sensim ad vehementiora adscendens, absque necessitate non varians.

In chronicis morbis, alvo purgato, adplicanda sunt remedia specifica, usu probata.

Sicubi semel aliquam curandi rationem tibi animo informaris, non morbi solis intermissionibus ab illa deflecti te sinas. Anni vero et aëris constitutio, morbi stadia, et ante omnia com-

---

3) Bene monet C. W. Hufeland (über die Kriegspest p. 123): "vergifs nicht, dafs der giftige Stoff grofse Neigung hat, bei allem entzündlichen Anschein, einen nervös-asthenischen Zustand hervorzubringen."

4) Huc praeclare quadrant ea, quae Stieglitz praecepit: (vom Scharlach p. 176) "Sobald man sieht, man hat eine grofse Krankheit vor sich, so urtheile man nie über ihre Gefahr und Gegenmittel einzig nach den sich in diesen Augenblicken darstellenden Symptomen, sondern sehe die voraus, die an die Reihe kommen können, vielleicht in einer viel spätern Zeit."

plicatio quaedam morbi si commutatam rationem efflagitent, ad eam animum strenue adverte [5]). Complicatione neglecta, saepissime mors vel gravis morbus secundarius sequitur. Caeterum morbus ipse, dum complicationem curare studes, non negligendus est.

Quoad vivendi modum diaeteticum, victus ex regno vegetabili suadendus est et aquae potus.

Respectu habito ad morbi characterem et stadia, modo frigida balnea pura vel aceto commixta, modo tepida juvant.

Ubique et praecipue in illis morbis, quorum contagium facile in aëre dissipatur, aër saepissime renovari et purgari debet [6]).

---

5) Hartmann (die Theorie des ansteckenden Typhus p. 217): "Vorzüglich ist auf dasjenige individuelle Gepräge der Krankheit zu sehen, welches seinen Grund in dem hervorragenden Leiden eines einzelnen organischen Systems und Organs hat, und dieses beim Heilverfahren besonders zu berücksichtigen. Indem man dieses thut, so wird man damit auch einer Forderung der älteren Aerzte, welche eine Heilanzeige von den dringendsten Zufällen hernahmen, Genüge leisten"

6) Haec adjumenta diaetica, ut E. Horn (über die Heilung des anst. Nerven- und Lazarethfiebers ed. 2. p. 128) optime meminit "dienen nicht blos dazu, die Heilung der Krankheit zu erleichtern, sondern zugleich die Vervielfältigung des Ansteckungsgiftes und seine Weiterverbreitung zu vermindern und zu verhüten."

Plures morbi facile recidiva patiuntur; hic providendum est in tempore, ut illa, cum acciderint, sine periculo transeant.

In universum morbi recidivi itidem ut primarii curandi sunt, eo discrimine, ut nunc viribus quam maxime parcatur; ideoque methodus debilitans arctis finibus constringatur.

Apud reconvalescentes magni momenti est mundities corporis, vestimentorum, stratorum, nec minus aër purus et saluber, promta alvi deoneratio et cutis perspiratio. Non incongruum erit, illam actionem lenibus purgantibus, hanc rubefacientibus vel validioribus derivatoriis sublevare.

Morbus sporadicus in epidemicum transiliens initio levis apparet, nullis adhuc horrendis symptomatibus, hinc inde unum vel alterum opprimens. Sed paulatim interstitiis quibusdam increscit, viresque et terrorem acquirit eundo; donec suapte ipsa indole et auxiliantibus externis momentis sensim mitigetur, consenescat et tandem extinguatur [7]. Medicus sciat, characterem quidem talis epidemiae, ex contagio ortae, saepius immutari; sed talem vulgarem morbum

---

7) Ph. C. Hartmann (Theorie der Krankheit p. 595): "in der ersteren Periode finden sich nämlich höhere und weiter verbreitete Anlage und Empfänglichkeit, immer wirksamer werdender Ansteckungsstoff, und stärkere Anfachung des contagiösen Processes durch günstige äufsere Einflüsse, in der zweiten aber die gerade entgegengesetzten Verhältnisse."

certum decursum habere, in quo ipse plerumque nonnisi spectator otiosus esse potest, vel saltem tamdiu esse debet, usque illius peculiaris natura perspecta sit [8]).

Quodsi vero in quavis alia corporis affectione aegrotantium turba non remediorum solum praecepta, sed animi quoque solamen ab ore et voce medici exspectat, hoc vel maxime in morborum epidemicorum statu contagioso contingit, ubi plurimis mortalibus pereuntibus, metu et angore omnia miscentur.

Tum gravissimum medici sospitatoris officium est, morbi tumultuaria symptomata comprimere, eos, qui proximi sunt aegroto, alloquio et animi tranquillitate consolari, ipsique aegro, si valetudinem non potest, euthanasiam certe comparare.

---

8) Hufeland l. l. p. 136. "Jede wahre Kur mufs in jeder neuen Epidemie, so wie in jedem Individuum, und aus ihr heraus, von neuem erfunden werden."

SECTIO SECUNDA.

Sententiae Veterum de morbis contagiosis.

Antiquissima Contagii vestigia.

a) *Aegyptii.*

Horapollo (ex priscis, puta Aegyptiorum, observationibus) refert, canes, rabie correptos, splene laborare, simulque eos, qui canes hoc morbo mortuos perungendi causa dissecuerint, ex contagiosis effluviis itidem lienis affectionem sibi contrahere [1]). Idem singulare hoc narrat, gras-

1) Hieroglyphica I. 39. inter alias res, quarum signum canis habebatur et splenem ponit: *σπλῆνα δὲ, ἐπειδὴ τοῦτο τὸ ζῶον μόνον παρὰ τὰ ἕτερα ἐλαφρότερον ἔχει· εἴτε (δὲ) θάνατος αὐτῷ, εἴτε μανία περιπέσοι, ἀπὸ τοῦ σπληνὸς γίνεται.* Καὶ οἱ θε*ραπεύοντες δὲ τὸ ζῶον τοῦτο ἐν ταῖς κηδείαις, ἐπειδὰν μέλλωσι τελευτᾷν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον σπληνι-*

sante peste columbis vescentes, a lue immunes mansisse, igitur regibus Aegyptiis eo tempore nil nisi columbas cibo apponi solitas fuisse [2]).

Plutarchus [3]) narrat, Aegyptios, paludes Serbonidis Typhonis exhalationes vocasse. Inde concludere licet, eos hac denominatione pestifera illius regionis effluvia (miasmata) significasse.

Justinus [4]) opinatus est [5]), Aegyptios,

καὶ γίνονται, ὀσφραινόμενοι γὰρ τῆς τοῦ ἀνατεμνομένου κυνὸς ἀποφορᾶς, πάσχουσιν ὑπὸ τούτου." splenem vero, (sc. canis signo exprimunt), quoniam hoc animal prae reliquis optima valetudine fruitur, cum vero aut morte aut rabie corripitur, hoc ei a splene venit. Enimvero et qui ejus funus procurant, ubi morituri sunt, magna ex parte splenetici fiunt. Siquidem gravi illo habitu et vapore, qui ex inciso dissectoque cane provenit, inficiuntur.

2) Id. I. 57. Οὔσης λοιμώδους καταστάσεως, καὶ παντὸς ἐμψύχου τε καὶ ἀψύχου νοσωδῶς διατιθεμένου, τοὺς ἐσθίοντας τοῦτο μόνον, οὐ μεταλαμβάνει τῆς τοιαύτης κακίας· διόπερ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, οὐδὲν ἕτερον τῷ βασιλεῖ ἐν τροφῆς μέρει παρατίθεται, εἰ μὴ μόνον περιστερά.

3) Vit. Anton. cap. 3. τὰ τῆς Σερβωνίδος ἕλη, ἃ Τυφῶνος ἐκπνοὰς Αἰγύπτιοι καλοῦσι. Simile quiddam apud eundem in libro de Isid. et Osirid. p. 113. ed. Squire occurrit, ubi hoc addit: πᾶν ὅσον ἡ φύσις βλαβερὸν καὶ φθαρτικὸν ἔχει μόριον, τοῦ Τυφῶνός ἐστιν.

4) Historiae Philipp. l. XXXVI. cap. 2. p. 620 et 622. ed. Gronov.

5) Josephus enim in duobus libris contra Apionem demonstravit, has fuisse calumnias ac fa-

scabie et vitiligine [6]) afflictos, responso [7]) oraculi monente, Mosen cum aegris, ne pestis ad plures serperet, metu contagionis, terminis Aegypti pulsisse.

Avem Ibin ibi consecratam fuisse, Cicero [8]) ait, quoniam eam pestem ab Aegypto avertere credebatur. Volucres angues enim, maligna effluvia [9]) ex Aethiopia inferentes, illam interfecisse atque consumsisse.

b) *Judaei.*

Judaeis et praecipue sapienti illorum legislatori contagii notionem tritam fuisse, magna cum veri specie asseri potest. Ut enim concedamus, praecepta illa [10]), quibus omnis, quem seminis fluxus invaserit, immundus declaratur, ad

---

bulas Gentilium. Cf. etiam Michaelis, mosaisches Recht. IV. §. 209.

6) Vitiliginem Tacitus (histor. l. V. cap. 3.) hanc tabem vocat, quae corpora foedaret.

7) Hammonis. Tacitus loco laudato "regem Bocchorim adito Hammonis oraculo, remedium petentem, jussum esse, purgare regnum."

8) De Nat. D. I. 36. ubi Davies p. 83 plura loca attulit.

9) "Quae ex Arabicis emergunt paludibus venena." Ammian. Marcellinus, XXII. 15. p. 262. ed. J. Gronov. fol.

10) Levit. XV. sic vers. 4. "omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, et ubicunque sederit."

gonorrhoeam benignam, neque, ut quidam [1]) putarunt, virulentam referenda esse, quis neget, altera praecepta, lepram spectantia [2]), satis clare innuere, Mosi contagiosam hujus morbi vim optime cognitam fuisse? Postquam enim distincte explicarat, quibus signis variae leprae species possent dignosci, haec addit [3]):

"Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, et separatus est ad arbitrium sacerdotis,

habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit [4]).

Omni tempore, quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra."

Quam severi fuerint in exercendis his praeceptis quaedam ostendunt exempla. Ipsa Mosis soror, cum lepra afficeretur, castris exclusa est [5]); immo rex, isto morbo laborans, non excipiebatur [6]).

c) *Per-*

---

1) v. g. Michaelis l. l. Sed tamen hunc morbum anno 1520 demum comparuisse, auctor est Sprengel, Gesch. d. M. II. ed. 3. p. 704.

2) Levit. XIII.

3) ib. vers. 44-46.

4) Ut ab omnibus internoscerentur leprosi ac devitarentur, ut alii averterentur, ne accederent, ne quo modo contagionem haurirent.

5) Numer. XII. 14.

6) II Reg. XV. 5.

c) *Persae veteres.*

Et hi, usu edocti, homines lepra infectos perquam aversantes, ab ejusmodi morbis precationum formulis se tutari conabantur, quemadmodum ex libris eorum sacris, recens editis, discitur [7]). Persas talem hominem, si civis esset, fugisse, si hospes, civitate prohibuisse, Herodotus auctor est [8]). Aliusque satis idoneus testis Ctesias, medicus ipse apud regem Persarum, perhibet, hominem leprosum proprio nomine insignitum atque ab omnibus evitatum esse [9]).

---

7) Zend-Avesta von J. F. Kleuker. t. II. 1777. 4. p. 167.

„Beim Anblick eines Aussätzigen.

Lebe und wirke allezeit mit Verstand, o Elender, so wirst du zum Behescht wandeln. Der Unreine theile nicht mit sein Uebel diesen heil. Menschen, die auf reinen, fruchtreichen und Ueberflufs tragenden Bergen sind und in Gesundheit fröhlich sind; er habe nicht mit ihnen zu thun, so wird sein Uebel sich nicht mehren; es wird sich mindern durch den Schutz der reinen, starken und vortrefflichen Ferruers." Alio loco (p. 324) quaeritur, quid fieri debeat "im Fall, dafs einer durch unreine Ausflüsse von Todten, als Fett oder Fäulnifs berührt worden ist?"

9) Ctesias, fragmenta persica cap. 41. p. 49 ed. Lion. *πισάγας δὲ λέγεται παρὰ Πέρσαις ὁ λε-*

d) *Graeci.*

Antiquissimi Graeci jam fabularum involucris indicasse videntur, sibi noxias stagnorum exhalationes et varia, quibus illis occurreretur, remediorum genera fuisse cognita. Hydra illa, quam Hesiodus [10]) Typhonis et Echidnae filiam perhibet, ab Hercule sagittis praeustis non potuisset opprimi, nisi ejus armiger Jolaus, (teste Apollodoro) [1]) proxima sylva incensa, torribus pullulantia monstri capita adussisset. Hoc narrationis integumento veteres significarunt, malignam aquarum stagnantium efficaciam igne et flamma posse destrui. Hinc etiam intelliguntur, quae de Pythone, monstro ab Apolline interfecto, conficta sunt, quod ipsum a putredine et corruptione (sc. aëris) nomen accepit [2]). Vim

---

πρὸς, καὶ ἐστὶν πᾶσιν ἀπρόστος (ad quem nemini accedere licet).

10) Theogon. vs. 304. sqq.

λυγρὴ Ἔχιδνα,
Τῇ δὲ Τυφάονά φασι μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
Δεινόν θ', ὑβριστήν τ' ἄνεμον, ἑλικώπιδι κούρῃ.
(Cum ea) Ὕδρην αὖτις ἐγείνατο λύγρ' εἰδυῖαν
Λερναίην.

Schol. gr. ad h. l. itidem physicae explicationis meminit. Cf. Creuzer Symbolik ed. 2. T. II. p. 248.

2) Cf. Lancisii de effluv. cap. IX. p. 145. ed. Venet. fol.

medicam, quae ignibus inest, Graecos optime adhibuisse in hujusmodi causis etiam Plinius [3]) tradit, qui Empedoclem ipsumque Hippocratem nominatim citat. Refert et Diogenes Laertius [4]) illum, cum Selinuntios ex praeterfluen-

---

3) Nat. Hist. L. XXXVI. cap. 27. „Est et ipsis ignibus medica vis. Pestilentiae, quae solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id demonstravere diversis locis." Idem in peste Atheniensi ab Acrone Agrigentino factum esse tradunt: Aetius tetrab. II. Serm. 1. c. 94. et Plutarchus de Isid. et Osirid. p. 134 ed. Squire, qui addit: *καὶ γὰρ οἱ ἰατροὶ πρὸς τὰ λοιμικὰ πάθη βοηθεῖν δοκοῦσι φλόγα πολλὴν ποιοῦντες.* Item apud Suidam sub. v. Γαχήν. Hic Aegyptius medicus fuisse traditur, pestes igne et incantationibus opprimens, (*λοιμῶν ἐπιδημίας ἔσβεσεν*).

4) Vit. Philos. L. VIII. 70.
Τοῖς δὲ Σελινουντίοις ἐμπεσόντος λοιμοῦ διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ περικειμένου ποταμοῦ δυσωδίας, ὥστε καὶ αὐτοὺς φθείρεσθαι, καὶ τὰς γυναῖκας δυστοκεῖν, ἐπινοῆσαι τὸν Ἐμπεδοκλέα, καὶ δύο τινὰς ποταμοὺς τῶν σύνεγγυς ἐπαγαγεῖν ἰδίαις δαπάναις καὶ καταμίξαντα γλυκᾶναι τὰ ῥεύματα.

Quod Sprengel l. l. I. 157. ait: Abarin morbis contagiosis incantationibus et piaculis mederi docuisse, (durch Zaubergesänge und Sühnungen lehrte er ansteckende Krankheiten stillen) in Platonis Charmide, quem citat, invenire equidem non potui. Jamblichus (vit. Pythag. XIX. p. 77. ed. Kuester) potius de illo tale quid narrat: *λοιμοὺς ἀπεδίωκε*, et Lacedaemonem, situ pesti obnoxiam, *μηκέτι λοιμῶξαι*, lustrationibus (*καθαρμῷ*, cap. XXVIII. p. 118. *κωλυτηρίοις*), effecit.

D *

tis fluvii foetore pestis invasisset, duos quosdam ex vicinis amnibus ei immisisse, ut ex commistione aquae purgarentur. Cum veteres Graeci (sicuti postea Romani) Aesculapii fana extra urbes exstruerent, contagia, quae colluvie aegrotorum varii generis illis importabantur, ab hominum domiciliis et consortio videntur prohibere voluisse [5]).

In antiquissima pestis descriptione apud Homerum [6]) Apollo iratus sagittis primum animalia, dein Danaos perimit; quod posteriores Graeci explicarunt, quasi sol nocifera effluvia ex terra traxerit [7]), quae, ut saepe fit, a pecudibus con-

---

5) Plutarchus tantum ob salubriorem situm hoc factum existimavit. Quaest. roman. cap. 94. p. 171 ed. Wyttenb. T. II. p. 1. καὶ γὰρ Ἕλληνες ἐν τόποις καθαροῖς καὶ ὑψηλοῖς ἐπιεικῶς ἱδρυμένα τὰ Ἀσκληπιεῖα ἔχουσιν.

6) Hom. Jl. I. 50 sqq.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς.
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς
Βάλλ', αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Hanc pestilentiam influenzae genus simile quoddam fuisse, putat Th. Glafs (medical observations and inq. London VI. p. 377) "because neither the true plague, nor any other epidemical disease, with whose history I am acquainted, has been known to make so rapid a progress, or to end so soon, as that pestilence did."

7) Eustathius ad Hom. l. l. p. 41. ed. Rom. exhibet τοῦ λοιμοῦ φυσικὸν αἴτιον, τὴν ὡς εἰκὸς φθοροποιὸν μεταβολὴν τοῦ περιέχοντος, ἐξ ἀναθυμιωμένων σηπεδόνων, ἃς ὁ περὶ τὴν Ἴδην τόπος ἀνεδίδου ὑπὸ ἀνάγοντι τῷ Ἀπόλλωνι, τουτέστι τῷ ἡλίῳ.

tagione quadam ad homines translata fuissent [8]). Etiam hydrophobiae aliquam notionem Homerus habuisse videtur, quum Teucer apud eum Hectorem rabidum canem appellat [9]).

Hippocrates.

(Circ. 460. a. C. n.)

E diluculo fabularum in historiae lucem prodeuntibus primus sese offert magnus Hippocrates; cujus in scriptis quamvis nulla expressa contagii mentio occurrit [10]) minime tamen inde

---

8) Hanc sententiam, ab Eustathio l. l. fusius illustratam, tangit et Plutarch. Sympos. IV. 1. p. 662. E. Ὅμηρος ἐμπείρως τὰ λοιμικὰ πάθη πρῶτον ἅπτεσθαι τῶν ἀλόγων ἀποφαινόμενος. Igitur Philostratus (Heroic. X. 4. p. 710. ed. Ol.) animalia et in primis lupos vocat προοίμιον λοιμοῦ. Et apud Philonem (de Mos. vol. II. p. 102. ed. Mang.) legitur: προαγών τις εἶναι λοιμικῶν νόσων, ἡ ζώων ἀλόγων αἰφνίδιος φθορά. Vide similia exempla apud Dionysium Hal. et Livium infra prolata.

9) Jl. VIII. vs. 299. τοῦτον δ'οὐ δύναμαι βαλλέειν κύνα λυσσητῆρα.

10) Massaria (opp. med fol. p. 543) dicit: "Apud Hippocratem (VI. Epid. sect. 7. p. 288 ed. Foesii) legimus, in quadam pestilentia eos, qui domo se continebant, aut non fuisse contaminatos, aut leviter" sed h. l. de foeminis sermo est, quae, quoniam rarius viris exibant (διὰ τὸ μὴ ἐξιέναι ὁμοίως ἀνδράσι), etiam rarius catarrhalibus affectionibus, tunc grassantibus, corripiebantur.

colligere licet, contagii indolem prorsus eum latuisse. Distincta enim et circumscripta contagii definitio eo minus ab eo, vel potius ab illa scientiae infantia postulari potest, quo laxior nostra ipsa aetate verborum usus in hac re conspicitur. Miasmatum, quibus aër refertus [1]) est, naturam aërisque inde effectam corruptionem [2]), nec non morbos ex tali aëris coelique intemperie oborientes [3]), optime novit; cum igitur materiae ex animato corpore in alterum transeuntis, nullam mentionem facit, aut occasio memorandi defuit, aut tacite ejusmodi quid in quibusdam morbis intelligi voluit [4]). Fortasse et τὸ θεῖον ejus, ut non-

---

1) de Flat. sect. 3. p. 80. ὁκόταν οὖν ὁ ἀὴρ τοιουτέοισι πλησθῇ μιάσμασι, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πολέμια ἐστιν, ἄνθρωποι τότε νοσέουσιν.
Et ibidem plurimos morbos ex aëre oriri ait, quando plus vel minus μεμιασμένον νουσεροῖσι μιάσμασιν ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ.

2) De Natur. hom. p. 8. ὁκόταν δὲ νουσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δηλονότι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ' ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτο αἴτιόν ἐστι· καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἂν εἴη.

3) Ex. gr. libr. de rat. victus (p. 39.) ὁκόταν . . . λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ. Jam hinc suspicari licet, eum contagiosos morbos epidemicorum nomine appellavisse. Idcirco et morbos epidemicos praeter alia cognosci dicit (Epidem. L. III. p. 33): ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης, καὶ κατὰ μέρεχ τῶν ὀυρανίων καὶ χωρίης ἑκάστης.

4) Hanc sententiam Fabius Paulinus (Comment. in Thucyd. de pest. Venet. 1603. 4. p. 100) amplexus est "Hippocratem more suo in Epid.

nulli volunt, huc potest referri [5]). Eum vero, acerrimum naturae observatorem et scrutatorem

---

nullam fecisse contagii mentionem, quippe quod esset notissimum." Itidem vetus et doctus auctor P. Naucrantzius, qui, (de Purpura. Lubecae 1648. 4. p. 136) quod pauci norint, notitiam Contagii Graecis non levibus argumentis vindicat, haec habet de Hippocrate: „Quod in libris epidemiorum contagii nullam fecerit mentionem, consulto id factum arbitror, quoniam contagium omnibus notum: quae autem cuivis obvia, summus vir scribere noluit, teste Galen. 2. d. diff. respir. cap. 7." Similiter argumentatur Meister Schauergemälde der Kriegspest in Attica. Leipzig 1801. p. 94.

5) Permulti auctores ut Fernelius, Valeriola, Sennert et Sebitz in eo consentiunt, ad morbos contagiosos τὸ θεῖον referendum esse. "Nos arbitramur, ait Diemerbroeck (de peste. Arenaci 1646. 4. p 36) Hippocratem intellexisse causam quandam morbificam praeter omnem naturae ordinem ac potentiam a diis e sublimi immissam, cujus essentia nec in certa elementorum mistione, nec in manifestarum qualitatum intemperie, nec in magna aliqua putredine consistit, sed in novo quodam veneno praeternaturaliter a diis in hunc sublunarem mundum dejecto." Etiam Hebenstreit, qui, quod vix exspectes, in Anthropologia forensi (p. 131-158) multa de peste illa Attica congessit, ait: "pestifera constitutio, quae sine dubio divinum illud Hippocraticum, τὸ θεῖον, in morbis epidemicis est, quandoquidem solius numinis omnipotentia mutari illa potest." Hanc interpretationem admittendam esse negat Sprengel (Geschichte ed. 3. I. p. 390). Locus ipse, quo illi nituntur, hic est (Hipp. prognost. ed. Chart. p. 585. T. VIII.) γνῶναι οὖν χρὴ τῶν παθέων τῶν

vix potuit contagii vis fugere, quae tum temporis efficacissimam se ostendit. Pestis enim celeberrimae, quae secundo anno belli Peloponnesiaci Athenienses afflixit, si non testis fuit, (quod multi Veterum crediderunt, Recentiores negant) certe aliquam acceperat fama traditam notitiam.

Thucydides.

(Circ. 400. a. C. n.)

Hujus pestis semina ex Aethiopia, maritimo itinere (h. e. contagionis commercio) advecta [6],

---

τοιουτέων τὰς Φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν εἰσι τῶν σωμάτων· ἅμα δὲ καὶ εἰ τὸ θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. Illi, qui voce θεῖον contagiosum quiddam significari putant, suam sententiam fortasse tutari possent loco Thucydidis (II. 50); qui, pestem, ait, gravius aliquid esse quam quod humana natura ferre possit, et diversum ab iis rebus, quae vulgo accidant: χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν Φύσιν, . . . καὶ ἄλλο ὂν ἢ τῶν ξυντρόΦων τι.

6) Thuc. II. 48. p. 326. ed. Bauer: Ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὡς λέγεται, ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην κατέβη, καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν. ἐς δέ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε· καὶ τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων. Cap. 47 dixerat, morbum jam antea multas regiones invasisse (καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις). Cap. 58. refert, eundem infectis militibus exercitui,

primum Piraeeum portum, dein superiorem Athenarum partem aggressa, incolarum, ex obsidione tunc densissime constipatorum [7]), ingentem fecerunt stragem. Inter maxima ejus mala summus auctor hoc praecipue ponit, quod nemo sanus ad aegrotum posset accedere, quin eo

---

Potidaeam obsidenti, illatum esse (ἐπιγενομένη γὰρ ἡ νόσος, ἐνταῦθα δὴ πάνυ ἐπίεσε τοὺς Ἀθηναίους, φθείρουσα τὴν στρατιάν).

Et sic Galenus (de febr. I. 6. p. 112. T. VII Chaet.) κατὰ τὸ συνεχὲς ἐξ Αἰθιοπίας ἐῤῥύη σηπεδονώδη τινα μιάσματα. Saepenumero pestes ex Aethiopia provectas esse Veteres tradiderunt, Straboque ait (Geogr. L. XVII. p. 830. ed. Casaub.) ibi πολλάκις λοιμικὰ ἐμπίπτειν ὑπὸ αὐχμῶν. Et Lucanus (Phars. IX. 619 seq.) in causas inquisivit: Cur Libycus tantis exundet pestibus aër. Igitur contra illos, qui pestem non contagione illinc Athenas propagatam autumant, (e. g. Brera l. l. §. 312) omnis antiquitas loquitur.

7) Plutarch. Pericles cap. XXXIV. p. 660. ed. Reiske θέρους ὥρᾳ πολλῶν ὁμοῦ χύδην ἐν οἰκήμασι μικροῖς καὶ σκηνώμασι πνιγηροῖς ἠναγκασμένων διαιτᾶσθαι δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἀργὸν ἀντὶ καθαρᾶς καὶ ἀναπεπταμένης τῆς πρότερον. Jam aliquot annos antea, initio belli et obsidionis, pestis Athenienses invaserat. Cum enim, ut Diodorus (XII. 45. p. 508. ed. Wesselingii) refert, ingens hominum diversi generis colluvies in urbem recepta esset, probabili equidem ratione accidit, ut angusto constipati loco vitiosum inspirantes aëra, morbis affligerentur: ἐνέπεσον εἰς λοιμικὴν περίστασιν· πολλοῦ γὰρ πλήθους καὶ παντοδαποῦ συνεῤῥυηκότος εἰς τὴν πόλιν, διὰ τὴν στενοχωρίαν εὐλόγως εἰς νόσους ἔπιπτον, ἕλκοντες ἀέρα διεφθαρμένον.

morbo afficeretur, et quod ii, qui propinquos et amicos pietate permoti curarent, simul cum his (alius ab alio infectus, sicut in ovium grege fieri soleret), occumberent [8]). Nec minus solerter ab hoc scriptore animadversum est, bis neminem hoc morbo fuisse affectum [9]).

---

8) Thuc. II. 51. δεινότατον δὲ παντὸς . . . καὶ ὅτι ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι, ὥσπερ τὰ πρόβατα, ἔθνησκον . . . εἴ τε προσίοιεν διεφθείροντο· καὶ μάλιστα οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι . . . αἰσχύνῃ γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, ἐσιόντες παρὰ τοὺς φίλους. Idem varias fuisse tradit et medicorum et aliorum morbi explicationes. Quasdam ex his servavit Diodor Sic. (XII. 58) probabiliter ex Ephoro, celebri eorum temporum scriptore, e quo plurima sua Diodorum hausisse frater meus in Ephori fragmentorum collectione satis demonstravit. Primum pluvias, quarum magna vis per hiemem cecidisset, et per aestatem putredine aërem corrupisset (p. 120 ed. Bipont) θερμαινομένων δ'ἐν τῷ θέρει τούτων καὶ σηπομένων, συνίστασθαι παχείας καὶ δυσώδεις ἀτμίδας· ταύτας δ'ἀναθυμιωμένας διαφθείρειν τὸν πλησίον ἀέρα. Tum fruges humiditate vitiatas (ib.), ἐγένοντο γὰρ οἱ καρποὶ κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἔνυγροι παντελῶς καὶ διεφθαρμένην ἔχοντες τὴν φύσιν. Tandem denegatam Etesiarum respirationem, δι' ὧν ἀεὶ κατὰ τὸ θέρος ψύχεται τὸ πολὺ τοῦ καύματος.

9) Cap. 51. fin. δὶς γὰρ τὸν αὐτὸν . . . οὐκ ἐπελάμβανε Ibid. cap. 50 fin. legitur, animalia, quae mortuis corporibus gustassent, periisse; praecipue vero canes malum sensisse, διὰ τὸ ξυνδιαιτᾶσθαι. Eandem observationem protulit J. Cedrenus in eleganti pestis descriptione (Hist. IV. 8. Script. Byz. ed. Venet. XV. p. 586) ubi simul, et quidem ipsissimis Thucydidis verbis,

Divinus Tragoediarum scriptor Sophocles (ob. 406 a. C. n.), qui cum Thucydide Atheniensium dux fuerat, in Oedipo rege pestem, Thebis olim saevientem, pingens, haud dubie eam, cujus ipse aequalis fuerat, ante oculos habuit. Ibidem rex Choro, miserum urbis statum querenti [10]), se bene scire, ait, omnes esse morbo affectos, se vero et ipsum plurimum aegrotare [1]). Oraculo delphico respondente: tunc demum finem mali fore, si iste prioris regis occisor (erat, vero, ipso inscio, Oedipus ipse), contaminans, quasi inquinamentum, contagio suo terram, ea pelleretur [2]), rex magnum praemium proposuit ei, qui hunc indicaret; simulque edixit, nemini istum pestis autorem recipere licere [3]).

(καὶ ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀνεπίμπλαντο τῆς νόσου), adnotat, morbum contagione fuisse conspicuum. Hic etiam petechiae occurrunt: μέλαιναι φλυκτίδες et στίγματα μέλανα.

10) Oedipus Rex ed. Erfurdt. Lipsiae 1809. 8.
vs. 27 . . . ἐν δ' ὁ πυρφόρος θέος
σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν,
ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον.
Vocem πυρφόρος Schol. p. 148. explicat ὁ λοιμός, ὁ πυρετοφόρος· τὸν γὰρ πυρετόν, πῦρ καλοῦσι.

1) vs. 59 . . . εὖ γὰρ οἶδ, ὅτι
νοσεῖτε παντες, καὶ νοσοῦντες, ὡς ἐγὼ
οὐκ ἔστιν ὑμῶν, ὅστις ἐξ ἴσου νοσεῖ.

2) vs. 97. μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ ἐν τῇδ', ἐλαύνειν.

3) vs. 240. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος τοῦδ' ἡμῖν ὄντος.

Aristoteles.

(Ob. 322. a. C. n.)

Quum igitur magna illa e peste [4]) omnes essent experti, quam periculosus esset aditus ad eos, qui hoc morbo laborarent [5]), in causas, unde illud accideret, inquirere coeperunt. Maxime hoc e memorabili manifestum est Aristotelis loco [6]), qui in prima sectione Problematum mul-

---

4) Τὸν μέγαν λοιμὸν vocat Plut. de Isid. et Osir. p. 184. ed. Squire. et alii.

5) Hac experientia permoti Graeci eum hominem, qui non modo ipse esset corruptus, sed etiam alios contagione sua corrumperet, voce pestis notaverunt. Quod ex insigni Suidae loco patet: λοιμοί, οἵ μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινόμενοι ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τῆς λύμης μεταδίδοντες. Prorsus in hanc sententiam cadit locus S. Basilii (Homil. in Psalm. I. p. 135. ed. Paris. fol.) Οὗτοι εἰσὶ οἱ λοιμοὶ, οἱ τὸ ἴδιον κακὸν ἐπὶ πάντας ἄγειν φιλονεικοῦντες, καὶ πολλούς αὐτοῖς παραπλησίους γίνεσθαι φιλοτιμούμενοι, ἵνα ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν κακῶν διαφύγωσι τὰ ὀνείδη. Et optime huc quadrat locus B. Theodoreti Episc. Intp. in Esajam p. 23. C. opp. T. II. Lutet. Paris. fol. Λοιμοὺς καλεῖ τοὺς οὐ μόνον σφᾶς αὐτοὺς διαφθείροντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὴν αὐτὴν νόσον ἐκκαλουμένους· τοιαύτη γὰρ καὶ ἡ τοῦ λοιμοῦ φύσις· μεταδιδόασι γὰρ οἱ νοσοῦντες τοῦ πάθους τοῖς ὑγιαίνουσιν. Similiter Hieronymus (opp. ed. Veronae fol. T. V. p. 212.) „Quomodo pestilentia morbos creat et passim regiones in quibus incubuerit, vastare consuevit, sic pestilens homo universa populatur."

6) Arist. problem. I. 7. ed. Casaub. fol. Διὰ τί ποτε ὁ λοιμὸς μόνη τῶν νόσων μάλιστα τοὺς πλησιά-

ta de iis morbis disseruit, qui aeris ventorumque vicissitudinibus proveniunt. Quaerit hic inter alia, cur maxime pestis eos afficiat, qui ad laborantes eo morbo propius accesserint?

Tum huic problemati satisfacturus hanc rationem init, ut pestem morbum esse statuat, ad quem quidem omnes, potissimum vero jam aliquatenus male se habentes, dispositi essent. Fieri autem, cum hi ad aegrum adpropinquassent, ut inde quasi *fomitem* conciperent, quo occultum vitium protinus exultet. In hac sententia nemo viri sagacissimi acumen desiderabit; neque minus in alia ejus quaestione, cur a morbis nonnulli aegrotent, qui appropinquarint, a sanitate autem nemo sanari possit? [7]).

Quos vero morbos, praeter pestem, contagiosos existimaverit, ex alio problemate sectionis septimae depromi potest. Quaerit enim, cur a tabe et lippitudine et scabie, appropinquantes capiantur, neque vero ab aliis morbis? [8]).

ζοντας τοῖς θεραπευομένοις προςαναπίμπλησιν; Ἢ ὅτι μόνη τῶν νόσων κοινή ἐστιν ἅπασιν; Ὥστε διὰ τοῦτο πᾶσιν ἐπιφέρει τὸν λοιμὸν ὅσοι φαύλως ἔχοντες προϋπάρχουσι. Καὶ γὰρ διὰ τὸ ὑπέκκαυμα τῆς νόσου παρὰ πῶν θεραπευομένων γινομένης (f. -ον), ταχέως ὑπὸ τοῦ πράγματος ἁλίσκονται.

7) Problem. VII. 4. Διὰ τί ἀπὸ νόσων ἐνίων νοσοῦσιν οἱ πλησιάζοντες, ἀπὸ δὲ ὑγιείας οὐδεὶς ὑγιάζεται;

8) Ib. VII. 8. p. 551. Διὰ τί ἀπὸ φθίσεως καὶ ὀφθαλμίας καὶ ψώρας οἱ πλησιάζοντες ἁλίσκονται,

Dionysius Halicarnassensis.

(Circ. 40. a. C. n.)

Hic insignis rerum Romanarum auctor duarum pestium meminit, quae urbem Romam summopere afflixerint. Altera a. u. 282, divinitus ut ait, immissa, tam atrox fuit, ut, si diutius saevisset, toti civitati pereundum fuisset [9]). Altera a. u. 301, multo priori atrocior; abs qua omnia servitia absumta sunt; ex reliquis civibus dimidia fere pars interiit, quia nec medici morbis amplius succurrere, nec domestici amicique aegrotis res necessarias ministrare poterant.

Nam, quod summopere notandum, quicunque morbo affectis opitulaturi, laborantium corpora tangebant, vel una cum iis degebant, et ipsi, quo illi, morbo corripiebantur. Vis inhumatorum corporum malum admodum

---

ἀπὸ δὲ ὕδρωπος καὶ πυρετῶν καὶ ἀποπληξίας οὐχ ἁλίσκονται οὐδὲ τῶν ἄλλων.

Memoratu dignum est, Aristotelem in hac sectione inter alia, quae ad consensum naturae animantium pertinent, id quoque quaerere, cur oscitanti saepe oscitando respondeamus, *διὰ τί χασμησαμένοις ἀντιχασμῶνται;* Singulare quoque est, quod in historia animal. (VIII. 19) observat: *νόσημα λοιμῶδες ἐν οὐδενὶ τοῖς ἰχθῦσι φαίνεται ἐμπῖπτον.*

9) Dion. Hal. Antiq. R. IX. 42. p. 572. ed. Oxon. fol. *νόσος λοιμικὴ ἥψατο τῆς πόλεως, θεήλατος συμφορά. — — Οὐ μὴν πολύν γε κατέσχε χρόνον· ὅπερ αἴτιον ἐγένετο τοῦ μὴ σύμπασαν διαφθαρῆναι τὴν πόλιν.*

auxit [10]). Quinimo et rusticorum multitudo una cum ovibus aliisque quadrupedibus, quibuscum iis commercium intercedebat, contagio infecta est [1]).

Diodorus Siculus.

(Circa Christ. nat.)

Jam supra vidimus eruditum hunc historicum de peste Atheniensi multa, praeter Thucydidem, relatu digna nobis conservasse. Sed et alia pestis, qua Carthaginienses in Sicilia (Olymp. 96. 1.) vexati sunt, scite ab eo descripta est. Originem eam sumpsisse refert e loco humido et palustri, ubi per aestivum fervorem magna hominum colluvies coacta esset [2]). Inhumato-

10) Ibid. X. 53. p. 645. *λοιμικὴ νόσος εἰς τὴν Ρώμην κατέσκηψε, μεγίστη τῶν ἐκ τοῦ προτέρου χρόνου μνημονευομένων· ὑφ᾽ ἧς οἱ μὲν θεράποντες ὀλίγου ἐδέησαν ἅπαντες ἀπολέσθαι, τῶν δὲ ἄλλων πολιτῶν ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις μάλιστα διεφθάρησαν, οὔτε τῶν ἰατρῶν ἀρκούντων ἔτι βοηθεῖν τοῖς καμάτοις, οὔτε οἰκείων ἢ φίλων τἀναγκεῖα ὑπηρετούντων. οἱ γὰρ ἐπικουρεῖν ταῖς ἑτέρων βουλόμενοι νόσοις, ἁπτόμενοί τε καματηρῶν σωμάτων, καὶ συνδιαιτώμενοι, τὰς αὐτὰς ἐκείνοις νόσους μετελάμβανον.*

1) Ibid. p. 646. *καὶ οὐχ ἥκιστα ὁ γεωργὸς ἐπόνησεν ὄχλος ἀναπιμπλάμενος, καὶ προβάτων καὶ τῶν ἄλλων τετραπόδων ἅμα διαιτωμένων, τῆς νόσου.*

2) Biblioth. Hist. XIV. 70. p. 697. ed. Wessel. *ἑλώδους ὄντος τοῦ τόπου καὶ κοίλου καὶ τοσούτου πλήθους συνηθροισμένου.*

rum corporum multitudine dein eam usque eo vehementiae processisse, ut omnem humanam artem eluderet. Insuper omnes aegrotis assidentes, eodem morbo correptos fuisse, ita ut nemo amplius afflictis succurrere vellet [3]).

Plutarchus.

(Circ. 100. p. C. n.)

Quamvis doctus hicce scriptor non data opera de contagio agit, tamen pluribus locis ostendit, quam bene vim ejus noverit. Ait enim in libello de dignoscendo amico ab adulatore, commercium cum perditis hominibus, vel invitum (sicut lippitudinis effluvium et infectio) peccati contagione posse afficere [4]). Alio loco [5]) maxime mirabile esse, dicit, quomodo pestis

---

3) Ibid. cap. 71. *καὶ γὰρ οἱ τοῖς κάμνουσι παρεδρεύοντες ἐνέπιπτον εἰς τὴν νόσον ἅπαντες· ὥστε δεινὴν εἶναι τὴν συμφορὰν τῶν ἀῤῥωστούντων, μηδενὸς θέλοντος ὑπερητεῖν τοῖς ἀτυχοῦσιν. — — Διὰ τὸ τοὺς νοσοκομοῦντας ὑπὸ τῆς νόσου διαρπάζεσθαι οὐδεὶς ἐτόλμα προσιέναι τοῖς κάμνουσι.*

4) Plut. de dign. adult. p. 195. ed. Reiske: *ἂν μή τις οἷον ὀφθαλμίας ἀποῤῥόη καὶ ἀνάχρωσις, ἄκοντα δι' ὁμιλίαν καὶ συνήθειαν ἀναπλήσῃ φαυλότητος ἢ πλημμελείας τινός.*

5) De sera Numinis vindicta p. 558. ed. Francof. fol. *θαυμασιώτερον, εἰ πάθους ἐν Αἰθιοπίᾳ λαβόντος ἀρχὴν, ἀνεπλήσθησαν αἱ Ἀθῆναι.*

in Aethiopia orta Athenas potuisset inficere; ibique, ut exemplum rerum, quae a parentibus ad liberos transeant, antiqui moris meminit, quo liberis, tabe aut intercute aqua mortuorum, dum parentes cremarentur, sedendum fuisset pedibus in aquam demissis. Hoc enim modo effici, ut morbus neque in eos transgrediatur, neque omnino eos attingat [6]).

Sed relatu dignissima est disputatio ejus de origine quorundam morborum, quos contagiosos antiquitas agnoverat. Elephantiasin et hydrophobiam primum Asclepiadis tempore innotuisse refert [7]); tum diversas sententias enarrat de causis morborum, qui recens ac repente apparent. Alter convivarum ex aëre, cibis et quocunque vivatur, eos gigni ait, negans morborum esse semina [8]). Alter vero e contrario secundum assedarum Democriti sententias contendit, mundis

---

6) l. l. διὰ τὶ τῶν ὑπὸ φθίσεως ἢ ὑδέρου διαφθαρέντων τοῦς παῖδας εἰς ὕδωρ τὼ πόδε βρέχοντας καθίζεσθαι κελεύομεν, ἕως ἂν ὁ νεκρὸς κατακαῇ· δοκεῖ γὰρ οὕτω τὸ νόσημα μὴ μεθίστασθαι, μηδὲ προσπελάζεσθαι ἀυτοῖς.

7) Sympos. IX. 8. p. 731. A. Secundum Ἀθηνόδωρον, ἐν τῷ προτέρῳ τῶν ἐπιδημίων ἱστοροῦντα, πρῶτον ἐν τοῖς κατ' Ἀσκληπιάδην χρόνοις οὐ μόνον τὴν ἐλεφαντίασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑδροφοβίαν ἐκφανῆ γενέσθαι.

8) l. l. D. ἐκ τούτων γὰρ νοσοῦμεν οἷς καὶ ζῶμεν· ἴδια δὲ σπέρματα νόσων οὐκ ἔστι.

extra nostram terram pereuntibus, corporibusque alienigenis, inde huc defluxu quodam perlatis, simul incidere principia pestilentiae et morborum ignotorum [9]).

---

9) l. l. p. 733. D. *καί τοι τούς γε Δημοκριτείους ἴσμεν καὶ λέγοντας καὶ γράφοντας, ὅτι καὶ κόσμων ἐκτὸς φθαρέντων, καὶ σωμάτων ἀλλοφύλων ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας ἐπιῤῥεόντων, ἐνταῦθα πολλακὶς ἀρχαὶ παρεμπίπτουσι λοιμῶν καὶ παθῶν οὐ συνηθῶν.* — Alia, sed similis, ratio erat Aegyptiorum et Persarum (*τὰ παλαίοτατα τῶν Αἰγυπτίων λόγια καὶ οἱ παρὰ Πέρσαις ἔτι τῆς τῶν μετεώρων κινήσεως δαημονέστατοι, χρόνων τινών περιόδους ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰῶνι συμφέρεσθαι λέγουσι*), qui pestes post quorundam temporum revolutiones reverti asserebant. Vid. Agathias Hist. V. p. 107, D. Script. Byz. ed. Venet. Hoc respectu Joseph. (Ant. Jud. XV. 9. p. 769 ed. Haverc.) de peste, quae sub Herode accidit, ait: *εἴτε δὴ τοῦ Θεοῦ μηνίσαντος, ἢ καὶ κατὰ περίοδους ἀπαντήσαντος τοῦ κακοῦ.* Paene similem sententiam exhibet Niebuhr (Römische Geschichte II. p. 102-105), qui pestem Atticam et Romanam ex iisdem universalibus causis conflatam et statis temporum vicibus reversam arbitratur: "Diese vieljährigen Perioden, an deren Ende sie aufhören oder ihre Art ändern, sind den zerstörendsten Seuchen gemein: wenn sie sich mildern, dann scheint es, als ob die Heilkunst Mittel gegen sie gewonnen hätte; und die Geschlechter, welche in einer Zeit leben, die von ihnen frei ist, anstatt dem Schicksal zu danken, das die Länder in ihren Tagen dem Würgengel nicht hingibt, wähnen sich durch Polizey und vervollkommte Wissenschaft geschützt." Tali opinioni nullus sane, qui saluti publicae consultum velit, calculum addet.

Appianus.

(Circ. 130. p. C. n.)

Apud hunc non indisertum historiarum Romanarum auctorem, in libro de rebus Illyricis, narratio extat, qua cumprimis probari potest, contagii periculum priscis populis cognitum fuisse. Tradit enim, Autarienses, Illyriorum gentem, peste, noxiis terrae vaporibus exorta, affectos, domo profugisse; sed quum pestem nihilo secius secum circumferrent, et a nemine propter contagionis metum reciperentur, in deserta Getarum regione consedisse [10]. Celtas vero, qui paene iisdem temporibus praedandi causa in eam regionem venissent, morbi contagione correptos esse [1].

Aretaeus Cappadox.

(Circa 100. p. C. n.)

Cum jam ad posteriores Graecorum medicos descendimus, hic aeque atque in Hippocrate

10) Appian. de Reb. Jll. cap. IV. p. 833. ed. Schweighaeuser: *καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν ἀτόπων γενομένων, λοιμὸς ἦν Ἰλλυριῶν, καὶ φθόρος Αὐταρίεων μάλιστα· μέχρι φεύγοντες τὰ οἰκεῖα, καὶ τὸν λοιμὸν σφισὶ περιφέροντες, οὐδενὸς αὐτοὺς δεχομένου διὰ τοῦτο τὸ δέος, ὑπερῆλθον ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι καὶ τριῶν· τὴν Γετῶν ἑλώδη καὶ ἀοίκητον ᾤκησαν.*

1) Ib. p. 834. Κελτοι . . . *ἐδῄωσάν τε τὰ ἐκείνων, καὶ τοῦ λοιμοῦ μετασχόντες ἔφυγον.*

observatur, eos non peculiaribus scriptis de Contagio egisse. Sed nihilo minus hoc iis satis fuisse exploratum, disertis testimoniis evincitur. Illud vero fortasse eo explicari potest, quod, quamvis miram contagii ἐνέργειαν, qua morbum sui generis excitat, cognoverint, tamen eosdem morbos et succorum spontanea putredine in animantibus interne oriri posse putarint, quos veneno, externe illato, suscipi animadverterunt. [2]). Haec sententia disertis Cappadocis medici verbis declaratur. Ubi enim de angina agit, hanc nonnisi ipsius spiritus vitium esse, asserit, nulla corporis parte inflammatione laborante. Posse enim eodem modo spiritum intus conversionem pati, quo mortiferi halitus, externe allati, corpus afficiant [3]). Inter hos halitus Charonaeos strangu-

---

2) Quin etiam Recentiores ejusmodi morbos spontanea origine quotidie nasci posse putaverunt, e. g. Hildebrand (über den Typhus p. 295): "Vielleicht gibt es sogar mehrere ansteckende Krankheitsstoffe, welche sich uns täglich noch bilden können, wie wir dieses beim wüthigen Hundsgifte augenscheinlich wahrnehmen, und wie ich es vom Tripper und vom venerischen Miasma zu vermuthen Ursache habe." Idem de typho contagioso contendit l. l. p. 30.

3) Aret. de caus. et sign. morb. acut. I. c. 7. p. 5. ed. Boerhaave. ἐμοὶ δὲ δοκέει αὐτέου τοῦ πνεύματος μόυνου τὸ κακὸν ἔμμεναι, . . ἄνευθεν τοῦ σώματός τινος φλεγμονῆς· ἔστι δὲ οὐ μέγα τὸ θωῦμα. καὶ γὰρ ἐν χαρωνίοισιν αἱ πνίξιες οὐ σωμάτων πάθει ὀξύταται γίγνονται, ἀλλὰ καὶ μιῇ εἰςπνοῇ θνήσκουσι ἄνθρωποι, πρὶν τὸ σῶμα κακόν τι παθέειν.

latus nominat [4]), et quod homo, a rabido cane dum spiritus ducitur, tantummodo in faciem inspiratus, et nullo pacto morsus, in rabiem agatur [5]). Venenorum enim, quae ingerantur, similes noxas intra corpus progigni. Quocirca cum in peste Atheniensi quidam (ut apud Thucydidem legitur) putarent, in puteos fuisse venena conjecta, hos non adeo inepte egisse, tum enim homines adhuc pestilentis morbi cum lethalibus medicamentis similitudinem ignorasse [6]). Idem Aretaeus post depictam tetram imaginem hominum, qui Elephantiasi laborant, quis, exclamat, hos non aufugiat, aut quis non aversetur, licet filius, aut pater aut etiam germanus frater sit? quum metuendum

---

4) Etiam Galenus (in Hipp. Epid. I. p. 4. D. T. IX) *ἐκ βαράθρων, τῶν καλουμένων χαρωνείων* morbos epidemios oriri ait. Graeci hac voce quasvis cavernas pestiferum quoddam spirantes adpellarunt. Talis erat vorago illa terrae Romae, in quam ad sedandam pestem M. Curtius se praecipitavit. Nam, ut ait Jul. Obsequens (de Prodigiis XX. p. 12 ed. Kapp) „inficiebanbantur ex editis inde vaporibus pestilentissimis, multorum hominum corpora." Apud Ammian. Marcellinum (XXIII. 6. p. 285. ed. J. Gronov) memoratur "lues oriens ex profundo quodam puteo."

5) Aret. l. 1. c. 7. p. 5. D. *ἀτὰρ καὶ ἀπὸ γλώσσης κυνὸς εἰςπνεύσαντος μοῦνον ἐς τὴν ἀναπνοὴν, οὔτι μὴν ἐνδακόντος, λυσσᾷ ὁ ἄνθρωπος.*

6) Ibid. E. *οὐ γὰρ ξυνίησαν ἄνθρωποι τὸ ξυνὸν τοῦ κακοῦ τοῦ λοιμώδεος πρὸς τὰ δηλητήρια.*

sit ne morbus communicetur [7]). Simul alio loco, ubi curandi hujus morbi praecepta dat, triste hoc et visu terribile spectaculum vocat. Ferae namque, addit, species est [8]). Ac una cum his vivere, una cibum capere, perinde atque in pestilentia formidolosum est. Et enim per inspirationis communionem facilis infectio est. Quid igitur quispiam in arte medica inveniat, quod hoc malo dignum remedium contineat? verum enim vero omnia conferri simul oportet, medicamenta, et victus rationem, et ferramenta, et ignem [9]).

---

7) Ibid. II. 13. p. 71. Τοιούςδε οὖν ἐόντας τίς οὐκ ἂν φύγοι ἢ τίς οὐκ ἂν ἐκτραπείη, κἢν υἱὸς, ἢ πατὴρ ἔῃ· κἢν κασίγνητος τύχῃ· δέος γὰρ καὶ ἀμφὶ μεταδόσιος τοῦ κακοῦ.

8) Paene eodem modo Greg. Nyssenus (de paup. am. or. 2. p. 884.) de eo, qui homines elephantiasi affectos fugit, ait: ὥςπερ θηρίου τινὸς προςβολὴν τὸν προςεγγυςμὸν ἀποφεύγων. Similiter Mahomed propheta exclamat: "Fugite Dschossan sicut leonem!" Dschossan vero est lepra nodosa. vd. Sprengel, Gesch. I. p. 137.

9) Id. de Curat. Morb. Diut. II. 13. p. 134. ἀτερπὲς μὲν καὶ φοβερὸν ἰδεῖν· θηρίου γὰρ ἰδέη· δέος δὲ ξυμβιοῦν τε, καὶ ξυνδιαιτᾶσθαι, οὐ μεῖον ἢ λοιμῷ. ἀναπνοῆς γὰρ ἐς μετάδοσιν, ῥηϊδίη βαφή. τὶ ἂν ὧν ἔυροι τὶς ἐν ἰητρικῇ τοῦδε ἄξιον ἔχον ἄκος; ἀλλὰ γὰρ πάντα χρὴ ξυμφέρειν φάρμακα, καὶ διαίτην, καὶ σίδηρα, καὶ πῦρ.

G a l e n u s.

(Nat. 131. p. C. n.)

In hunc eruditissimum veterum medicorum maxime illud, quod supra posuimus, cadit; qui scilicet eosdem morbos, quorum originem contagio deberi expertus fuerit, aeque ex succorum varia mutatione, oriri opinatus est. Inter illos morbos numerat pestem [10]), scabiem [1]), ophthalmiam [2]), tabem, additque [3]) periculosum omnino esse, consuescere cum his, qui putridum adeo exspirent, ut domicilia, in

---

10) de Febr. diff. I. 3. Tom. VII. p. 108. ed. Chart. *συνδιατρίβειν τοῖς λοιμώττουσιν ἐπισφαλὲς, ἀπολαῦσαι γὰρ κίνδυνος, ὥσπερ ψώρας τινὸς ἢ ὀφθαλμίας.*

1) de Puls. Differ. IV. 1. T. VIII. p. 81. *ψώρας καὶ ὀφθαλμίας ἀπολαύουσιν ἔνιοι τῶν πλησιαζόντων.*

2) In ejus Fragmm. ex Aphorismis Raby Moysis 122. T. IX. p. 404: Oculi ejus, qui nullo tempore vidit ophthalmiam, cum primo inspicit eam, humiditate replentur, et cum prolongatur in spectione ipsius accidit eis ophthalmia; et similiter, qui vidit aliquem mingere, egerere, os aperire, vel alas elevare, et hujusmodi res, provocat ipsum simile operari.

3) de Febr. diff. I. 3. T. VII. p. 108. *Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ φθόης συνεχομένοις συνδιημερεύειν, καὶ ὅλως ὅσοι σηπεδονῶδες ἐκπνέουσιν, ὥστε καὶ τους οἴκους, ἐν ὄις κατάκεινται, δυσώδεις ὑπάρχειν.*

quibus decumbunt, graviter oleant. Ut vero hic pestilentiae causam, praeter contagionem et morbosum aëris statum [4]), etiam in aliis rebus quaerit, e. gr. in frugibus, putredine et rubigine vitiatis [5]), sic etiam psorae et leprae originem alio loco ex melancholica cutis affectione petit [6]). Contagium ipsum, si mentem ejus assequimur, bifariam existere sibi animo informavit. Primum enim id aëre conceptum et dissolutum spirituque tractum, morbos efficere [7]). Contra id, velut contra mortiferum venenum, Theriacis epotis qui uterentur [8]), eos sese, peste regnante, summo remedio posse munire, tanquam armatura qua-

4) De febr. diff. l. l. *λοιμώδους ἀέρος κατάστασις* et sic pluribus cap. 6.

5) Ibid. l. l. cap. 4. p. 110. F. *τοιᾶυτα γοῦν ἐδέσματα καὶ νῦν αναγκασθέντες ἐσθίειν πολλοὶ διὰ λιμὸν, οἱ μὲν ἀπέθανον ἀπὸ σηπεδονωδῶν τε καὶ λοιμωδῶν πυρετῶν, οἱ δὲ εξανθήμασιν ἑάλωσαν ψωρώδεσί τε καὶ λεπρώδεσιν.*

6) de Tumor. 13. T. VII. p. 320. *ἔστι δὲ καὶ ἡ ψώρα καὶ ἡ λέπρα μελαγχολικὰ πάθη μόνου τοῦ δέρματος.*

7) De febr. d. l. l. p. 112. B. *κατὰ τὰς λοιμώδεις καταστάσεις ἡ εἰςπνοὴ μάλιστα αἰτία.*

8) De Ther. T. XIII. p. 960. Ἡ *θεριακὴ εἰ καὶ θανασίμων Φαρμάκων πινομένη δύναται κρατέειν, νικήσει καὶ Φθορὰν ἀέρος ἀδικοῦσαν τὸν ἄνθρωπον.* Nuperrime quoque theriaca "hoc pretiosum antiquitatis antidotum ad promovendum sustinendumque sudorem" in contagiosis morbis commendabatur a Jos. Frank (prax. med. un. praec. I. 1. p. 175).

dam salutari [9]). Simul autem adnotat, si de pestilenti morbo sermo sit, accuratius, cujusmodi sit, esse definiendum. Morbum enim quemvis, qui in quadam regione multos invaserit, epidemicum vocari, si simul multos perimat, pestem [10]).

Alterum dein contagii genus agendique ejus modum in eo posuisse videtur, quod materiam fixam, concretam et e putridis humoribus natam statueret, quae perpusilla quantitate, solo contactu, corpus humanum infestaret. Ex binis locis hoc fit veri simile. Altero de rabido cane loquitur [1]), ibique tantam, ait, fieri humorum corruptionem, ut sola ejus saliva, si humanum corpus contigerit, rabiem excitet. Memoratu dignum est, Galenum hac occasione electricum et magneticum effectum in auxilium vocare. Sic enim disserit: Quidam etiam putant, res quasdam solo tactu, vi quadam in-

---

9) Ibid. ὥσπερ ὅπλῳ τινὶ σωτηρίῳ τῷ φαρμάκῳ χρώμενοι.

10) Comment. in Hipp. III. Epid. I. T. IX. p. 263. Οὐ γὰρ νοσήματός γέ τινος ὄνομά ἐστιν ἐπίδημον, ἢ λοιμῶδες, ἀλλ' ὅ τί περ ἂν πολλοῖς ἐν ἑνὶ γένηται χωρίῳ, τοῦτο ἐπίδημον ὀνομάζεται· προςελθόντος δὲ αὐτῷ τοῦ πολλοὺς ἀναιρεῖν λοιμὸς γίνεται.

1) de loc. aff. VI. p. 520. T. VII. Μαθεῖν γάρ ἐστι κἀπὶ τῶν κυνῶν, ὅσην ἔχει δύναμιν ἡ πρὸς τὸ παθεῖν ὁτιοῦν ἐπιτηδειότης. οὐδενὸς γοῦν τῶν ἄλλων ζώων ἁλισκομένου λύττῃ, μόνον ἁλίσκεται τοῦτο, καὶ τοσαύτη γε κατὰ αὐτὸ γίγνεται διαφθορὰ τῶν χυμῶν, ὥστε τὸ σιαλὸν αὐτοῦ μόνον ἀνθρωπίνῳ σώματι προςπεσὸν ἐργάζεται λύττην.

sita, ea quae eis appropinquent, immutare posse; idque plane videri in marina torpedine, cui tam vehemens sit excitandi torporis facultas, ut, etsi piscator nec nisi tridente piscem illum tetigerit, repente tamen tota manus reddatur torpida. His argumentis satis probatur, parvae molis res quasdam, solo tactu, maximas efficere rerum vicissitudines; quod in heraclio quoque lapide, quem magnetem nominant, videre est; ferrum enim, quod tetigerit, ei adhaeret sine vinculo; deinde si aliud, id quod primo tangit, tetigerit, similiter ut primum, illi inhaeret; postea tertium secundo [2]).

Altero loco sermo est de venenis, quorum plura statuerat genera, dicitque, quae nos contactu, aut per putredinem interficiant, ea recte humanae naturae pestes existimata esse; nam, etiam si quantitate minima sumantur, tamen vi-

---

2) Τινὲς δὲ ἡγοῦνται καὶ τῷ ψαῦσαι μόνον ἐνίας τῶν οὐσίων ἀλλοιοῦν δύνασθαι τὰ πλησιάζοντα, μόνῃ, τῇ κατὰ τὴν ποιότητα δυνάμει· ταύτην γὰρ φύσιν κἀπὶ τῶν θαλαττίων ναρκῶν ὁρᾶσθαι, δύναμιν ἰσχυρὰν οὕτως ἔχουσαν, ὡς καὶ διὰ τοῦ τῶν ἁλιέων τριόδοντος ἀναδιδομένης τῆς ἀλλοιώσεως εἰς τὴν χεῖρα, ναρκώδη παραχρῆμα πᾶσαν αὐτὴν γίγνεσθαι. ταῦτα τε οὖν ἱκανὰ τεκμήρια τοῦ σμικρὰν οὐσίαν ἀλλοιώσεις μεγίστας ἐργάζεσθαι μόνῳ τῷ ψαῦσαι, καὶ τὸ κατὰ τὴν Ἡρακλείην λίθον, ἣν καὶ μαγνῆτιν ὀνομάζουσιν, οὐχ ἥκιστα τοῦ μὲν γὰρ ψαύσαντος αὐτῆς σιδηρίου κρεμαννυμένου χωρὶς δέσμου, δεύτερον ἄλλο τοῦ ψαύσαντος ψαῦον, ὁμοίως τῷ πρώτῳ πάλιν ἐξ αὐτοῦ κρεμάννυται, κἄπειτ' ἄλλο τρίτον ἐκ τοῦ δευτέρου.

tam omnino ea corrumpere [3]). Quin etiam nonnulla, crassae potissimum terrenaeque conditionis, post multum etiam temporis [4]) spatium interimere [5]).

Paulus Aegineta.

(Circ. 670. p. C. n.)

Hic simili modo ac Aretaeus periculi meminit, quod per Elephantiasin reliquis hominibus impendeat. Quoniam enim, inquit, morbus hic, non minus ac pestilentia contagiosus est, affectos eo quam longissime ab urbibus remoti in locis mediterraneis, frigidis et non admodum frequentibus, si qua fieri potest, habitent necesse est; . . . sic enim ipsi aëre

---

3) De simpl. med. III. 22. T. VIII. p. 81. *τὰ δ' ἐν τῷ πλησιάζειν ἡμῖν, . . . ἢ κατὰ σῆψιν ἀναιροῦντα, εὐλόγως ὑπείληπται τῷ γένει δελητήρια τῆς ἀνθρώπου συστάσεως ὑπάρχειν. τὰ σηπόμενα, κἂν ἐλάχιστα τοῖς ὄγκοις ληφθῇ, πάντως διαφθείρεται.*

4) R. Mead (de tarantula opp. T. II. p. 101) de Hydrophobia haec habet: "Galenus (Comment. II in 1. prorrhet. Hipp.) ipse vidit post annum demum malum proruptuisse, ego memini, me videre post undecimum mensem." Locum Galeni nondum reperire potui.

5) Ibid. *μετὰ πάμπολυν ἔνια χρόνον ἀναιρεῖ τοῦ ληφθῆναι, καὶ μάλισθ' ὅσα παχυμερῆ καὶ γεώδη ταῖς οὐσίαις ἐστίν.*

fruentur commodiore, nec alios hac lue inficient 6).

C. Aëtius.

(Circ. 530. p. C. n.)

Perpauca vestigia observati aut descripti contagii in hujus auctoris libris extant. Ubi de canibus rabidis agit, ex aëris temperie hoc malum iis accidere perhibet 7), eosque esse summopere fugiendos, praesertim iis, qui jam mali sint humoris; nam morsos et neglectos, vel male curatos, itidem ut illos, hydrophobia affici 8). Pestem dupliciter vel e corrupto aëre, vel ex ter-

---

6) Βιβλία ἑπτὰ lib. IV. 1. p. 131. ed. Basil. 1538. fol. Ἐπειδὴ δὲ τῶν εὐμεταδότων ἐστὶ τὸ πάθος, οὐχ ἧττον ἢ λοιμός, ἀποικιστέον ἀυτοὺς ὡς ὅτι πορρωτάτω τῶν πόλεων, ἐν μεσογείοις καὶ καταψύχροις καὶ ὀλιγανθρώποις χωρίοις, εἴπερ οἷόν τε . . . αὐτοί τε γὰρ ἐπιτηδειοτέρῳ τῷ ἀέρι χρήσονται, καὶ οὐκ ἂν μεταδοῖεν ἄλλοις τοῦ κακοῦ.

7) Aëtii Tetrabibl. L. VI. cap. 33. p. 106. 54. ed. Ald. fol. ἐπικτῶνται κατὰ τὸ θέρος ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος ἑτέραν θερμότητα καὶ ξηρότητα (cum ipsi jam sint θερμοὶ καὶ ξηροὶ φύσει) καὶ τῇ ἀμετρίᾳ τῆς δυσκράσεως, ὑπὸ μούνοισι, μανίαν, ἣ καλεῖται λύσσα.

8) Ibid. Τοιούτους κύνας ἐκκλίνειν δεῖ· πάντες γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ ὁι δηχθέντες ὑπὸ κυνὸς λυσσῶντος ἀμεληθέντες ἢ κακῶς θεραπευθέντες, ἐμπίπτουσι τῷ ὑδροφοβικῷ πάθει· καὶ μάλιστα ὁι κακόχυμοι τοῦτο πάσχουσιν.

rae effluviis originem ducere, illud e volucrium, hoc e pecudum interitu praevideri posse [9]).

Haec effluvia alibi ex parte clarius depingit, ubi aërem purum dicit, qui non ex stagnorum aut palustrium locorum evaporatione turbetur, neque ex barathro quodam venenosam auram concipiat, velut ille, qui ex quibusdam cloacis, magnae civitatis stercora excipientibus, inquinatus sit [10]). Caeterum in omnibus reliquis morbis, ubi Galenum contagii communicationem statuentem vidimus, nil de eo memorat, et v. g. lepram ex crasso ac viscoso, seu potius ex atrae bilis humore solum generari refert [1]). Hoc etiam in reliquis, quotquot supersunt, et quos sedulo perlustravimus, graecis de re medica scriptoribus, apparet, qui miasmatum saepe, contagiorum paene nusquam meminerant.

Sic, ut temporum ordine eos recenseamus, Oribasius, ex Antyllo loca stagnantia aestate

---

9) Id. L. V. 94. p. 90. 30. Εἰ *μέν γὰρ ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ αἴτιος γίγνοιτο τοῦ λοιμοῦ, τῶν πτηνῶν ὀρνίθων ἡ θνῆσις ἔσται πρότερον· εἰ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς μοχθηρῶν ἀναθυμιάσεων τοῦτο συμβαίη, τῶν τετραπόδων ζώων ἡ φθορὰ γίγνεται πρότερον.*

10) Id. L. III. 162. p. 62. 41. Ὁ *καθαρὸς ἀὴρ . . . εἴη οὗτος, ὁ μὴ ἐκ λιμνῶν, ἢ ἑλωδῶν χωρίων ἀναθυμιάσεως ἐπιθολούμενος, μηδὲ ἔκ τινος βαράθρου δηλητηρίαν αὔραν ἀποπνέων· οἷον ἐὰν ἔκ τινων ὀχετῶν ἐκκαθαιρόντων μεγάλην πόλιν ἐπιθολοῦται.*

1) In Tetrabibl. IV. L. II. p. 829. Versionis latinae Lugd. 1549. fol. Hi enim libri nondum, quod sciam, graece editi sunt.

praesertim pestilentia esse tradit 2). Terrae effluvia in sublime elata crassiores partes in aëris inferioribus regionibus relinquentia concoqui atque purgari. Inde fieri, ut commoratio in sublimioribus locis salubrior sit 3). Contagii nulla mentio. Nulla in Palladii, aut Alexandri Tralliani, aut Theophanis Noni 4); nulla in Actuarii 5), aut Synesii 6) scriptis super-

---

2) Veterum Med. Opuscula ed. Matthaei. Mosq. 1808. 4. p. 229. *Οἱ δὲ ἑλώδεις, κακοὶ μὲν ἀεὶ, θέρους δὲ καὶ λοιμώδεις.*

3) Ib. p. 241. *πάντα γὰρ τὰ ἐκ τῆς γῆς ἢ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιώμενα πέσσεται μετεωριζόμενα καὶ καθαίρεται τὸ παχύτερον καταλιπόντα ἐν τῷ τοῦ ἀέρος παχυτέρῳ μέρει.*

4) Nisi huc trahere velis quod de lippitudine ait, eam oriri *χωρὶς φανερᾶς αἰτίας.* Epit. cap. 44. p. 194. T. 1. ed. Bernard. De causis febris pestilentis ita disserit (ib. 143. p. 446): *Τοιούτου ἡ γένεσις ποτὲ μὲν ἀπὸ ἐδεσμάτων μοχθηρῶν καὶ κακοχύμων ἐστιν, ἢ ὑδάτων τοιούτων· ποτὲ δὲ ἐξ ἀναθυμιάσεως δηλητηριώδων, οἷον ἀπὸ ἑλώδων χωρίων ἢ βαράθρων παρακειμένων· ποτὲ δὲ ἐξ ἀέρος τραπέντος εἰς δυσκρασίαν παρὰ φύσιν ψυχροτέραν, ἢ ξηροτέραν ἢ θερμοτέραν ἢ ὑγροτέραν, καὶ διὰ τῆς εἰςπνοῆς τῇ καρδίᾳ εἰςφερόμενος* (f. -*ου*) *τὸν λοιμὸν εἰργάσατο.*

5) Hic fere ubique *τὴν ξανθὴν χολὴν* et *τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν* in auxilium vocat. v. g. de Diaeta L. II. p. 70. ed. Fischer. 8. In Method. medendi (latine Venet. 1554. 4.) L. VI. p. 312. de demorsis a cane rabido ait: "sunt qui canum more oblatrant, et obvios demordent; mordentesque ejusdem mali authores evadunt."

6) In libello de febribus, quem ex Arabis Aba Gasar Ahmad scripto transtulit p. 16. ed. Ber-

stitibus occurrit. Etiam hi, cum morbos tractant, quos contagiosos esse, omnis reliqua antiquitas testata est, v. g. pestem, lepram, elephantiasin, lippitudinem, phthisin, mentagram, scabiem, tamen solas eorum causas bilem flavam, vel atram, pituitam lentam et glutinosam, aliaque hujusmodi figmenta arguunt; contagione eos etiam communicari, ne verbo quidem admonent.

Hoc igitur quamvis dissimulari nequit ab iis, qui veterum de contagio scientiam haud mediocrem fuisse pro certo habent, tamen vario modo potest expediri. Primum enim Veteres magis intenti erant ad signa, quam ad causas morborum [7]); dein ipsa illa opinionum commenta [8]) de humoribus, a diversis medicorum scho-

---

nard et febres oriri ait *ἀπὸ τῆς ἐξάψεως τῶν δηλητηρίων.* Sub his et ventum Samum vocatum intelligendum esse, monuit Reiske ib. p. 10. In eodem p. 289. Caput de variolis atque morbillis inscriptum legitur, *περὶ τῆς Φλυκταινούσης λοιμικῆς καὶ τῆς ἑτέρας λεπτῆς καὶ πυκνῆς λοιμικῆς.*

7) Hensler (de herpete Veterum p. 52) "Hippocratem priscosque medicos, qui modo pauci superstites sunt, posthabitis morborum causis, morborum praecipue non nisi *εἶδος* ac signa notasse novimus. Naturae hominis eos enim latuit cognitio penitior." p. 53: "Quo factum esse videtur, ut in veras morborum non inquisiverint causas easque inter etiam fomitem impurum neglexerint, donec per ingravescens ex immani libidine malum tandem innotuit."

8) Hoc optime potest reddi verbis Gregorii Nysseni (De paup. am. Or. II. p. 888): *Φεύ-*

lis diverse nuncupatis, medicos plurimos ita irretiverant, ut quidquid ex illis commode explicare non valuerunt, silentio praeterirent. Porro libri eorum referti sunt medicamentorum et remediorum farragine. Quod vero aliud remedium contagii indicare poterant, nisi, ut aegri e societate hominum excluderentur? Sed quo minus tali consilio obtemperarent, cum metus et superstitio quaedam, tum publica veterum libertas, et quidam humanitatis sensus [9]) impedivit. Pauci igitur solum, acrioris animi et magna inter suos auctoritate florentes, ut Galenus, ea diserte indigitarunt, quae alii tangere verebantur.

Dio Cassius.

(Circ. 229. p. C. n.)

Inter plures pestes, quarum hic auctor mentionem fecit, prae aliis contagii specifici certissima

---

γεις, εἶπέ μοι, τὸν ἀῤῥωστήσαντα; τί ἐγκαλεῖν ἔχων; ὅτι διέφθαρται τὸ ὑγρὸν ἐν ἐκείνῳ, καὶ τὶς σηπεδονώδης χυμὸς ἐγκατεσπάρη τῷ αἵματι, της μελαίνης χολῆς τῷ ὑγρῷ παρεγχεθείσης; ταῦτα γάρ ἐστιν ἰατρῶν ἀκούειν, φυσιολογούντων τὰ πάθη.

9) Diemerbroeck l. l. cap. X. "Quod autem Hippocrates et Galenus contagium non metuerint, nec fugerint, illud eorum humanitati et audaciae adscribendum est, qui non timuerunt, per flammas et ignes, ac per mille pericula proximis suis in summo pestilenti necessitate auxilium ferre."

sima praesentia conspicua est illa, quae sub imperatore Commodo a. u. 942 accidit. "Per id tempus (ait) tanta pestilentia fuit, quantam nunquam fuisse cognovi: nam uno die Romae saepenumero ad duo millia hominum mortua sunt. Multi praeterea non solum in urbe, sed etiam in omni fere imperio Romano necabantur a maleficis hominibus; quod acus parvas oblinerent venenis pestiferis et luem mercede conducti in alios immitterent [10])."

E u s e b i u s.

(†. 340. p. C. n.)

Pestem hic describit Alexandrinam, insigne prae se ferentem contagionis periculum. Tum quoque discrimen, Christianorum inter pietatem et gentilium mores, admodum conspicuum fuisse. Illi enim, nulla suimetipsorum ratione habita, aegrotos invisebant, ita ut lubentissime contagione aliorum infecti, etiam morbum a proximis ad se attraherent, suaque sponte aliorum moerores benevole mitigarent [1]). Gentiles autem e contra-

---

10) L. LXXII. 18. p. 1215. B. ed. Reimar. vol. II. *βελόνας γὰρ μικρὰς δηλητηρίοις τισὶ φαρμάκοις ἐγχρίοντες, ἐνίεσαν δι' αὐτῶν ἐς ἑτέρους ἐπὶ μισθῷ τὸ δεινόν.*

1) Histor. Eccles. L. VII. cap. 17. p. 198. B. ed. Colon. Allobr. 1612. fol. *οἱ γοῦν πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ φιλα-*

rio, quos vel amicissimos sibi, aegrotantes conspexerunt, aedibus extrudebant, deserebantque, a se metipsis mortem prohibituri, quam effugere nullo pacto poterant [2]).

Gregorius Nyssenus.

(†. 396. p. C. n.)

Bina sunt cognitu dignissima, quae ex sancto hoc patre discimus; primum, ejus tempore plurimos fuisse, qui multos morbos pro contagiosis haberent, et homines illis affectos expavescerent; deinde eos, qui primis Christianorum ecclesiis praeessent, pio humanitatis sensu permotos, aliis persuadere studuisse, ejusmodi morbos omnino contagione carere, ne pauperes aegri a reliquis

---

δελφίαν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ἐπισκοποῦντες ἀφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας, λιπαρῶς ὑπηρετούμενοι, θεραπεύοντες ἐν χριστῷ, συναπηλλάττοντο ἐκείνοις, ἀσμενέστατα τοῦ παρ' ἑτέρων ἀναπιμπλάμενοι πάθους, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίον, καὶ ἑκόντες ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας· καὶ πολλοὶ νοσοκομήσαντες καὶ ῥώσαντες ἑτέροις, ἐτελεύτησαν αὐτοὶ, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτοὺς μεταστησάμενοι.

2) Ib. E. Τὰ δέ γε ἔθνη πᾶν τοὐναντίον, καὶ νοσεῖν ἀρχομένους ἀπωθοῦντο, καὶ ἀπέφευγον τοὺς φιλτάτους, κᾂν ταῖς ὁδοῖς ἐῤῥίπτουν ἡμιθνῆτας, καὶ νεκροὺς ἀτάφους ἀπεσκυβαλίζοντο, τὴν τοῦ θανάτου διάδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκτρεπόμενοι, ἣν οὐκ ἦν καὶ πολλὰ μηχανωμένοις ἐκκλῖναι ῥᾴδιον.

desererentur. Vividis coloribus deplorandum eorum statum depingit, qui morbis, quos alii contagiosos arbitrabantur, oppressi et deformati erant. Elephantiasis maxime ex ejus descriptione agnoscitur [3]) et hinc intelligitur, cur alii illos aegrotos tam vehementer aversarentur. Sic enim refert [4]): "Ast isti omnium soli, tanquam communes declarati hostes, undique exturbantur ut canes. Quid? quod, quasi haec satis gravia non sint, arceantur a fontibus, qui reliquis hominibus sunt communes? Ipsa quinetiam flumina creduntur ipsorum aegritudine coinquinari. Si lingua cruenta canis aquam lamberit, non eam idcirco respuunt homines: at si ad illam aeger accesserit, continuo propter hominem ipsa quoque aqua detestabilis praedicatur.

---

3) Gregor. Nyssen. de pauperibus amandis orat. II. p. 883. ed. Paris. fol. Hoc modo de ea disserit: ὁρᾷς ἄνθρωπον, διὰ τῆς πονηρᾶς ἀῤῥωστίας εἰς τετραπόδου σχῆμα μεταπλασσόμενον, ἀντὶ ὁπλῆς καὶ ὀνύχων ξῦλα ταῖς παλάμαις ὑπολαμβανόμενον.

4) l. l. p. 885. οὗτοι δὲ μόνοι τῶν πάντων ἁπανταχόθεν ἀπείργονται, ὡς κοινοί τινες ἀποδεδειγμένοι πολέμιοι· οὐ στέγης μιᾶς, οὐ τραπέζης κοινῆς, οὐ χρήσεως σκευῶν ἀξιούμενοι· καὶ οὔπω τοῦτο δεινὸν· ἀλλ' οὐδὲ πηγαὶ βρύουσι τούτοις πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κοιναί, οὐδὲ ποταμοὶ πιστεύονται οὐδὲν ἐφέλκεσθαι τοῦ τῆς ἀῤῥωστίας μολύσματος· κἂν κύων λάψῃ τοῦ ὕδατος τῇ αἱμοβόρῳ γλώσσῃ, οὐκ ἐνομίσθη βδελυκτὸν διὰ τὸ θηρίον τὸ ὕδωρ· ἐὰν ὁ ἄῤῥωστος προσεγγίσῃ τῷ ὕδατι, εὐθὺς ἀπεκηρύχθη καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τὸν ἄνθρωπον. Paulo post p. 889. similiter ait: ὥστε ἀπωθεῖσθαι ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ μολυσμὸν οἴεσθαι τοῦ βίου.

Ipse vero Gregorius omnes illos, qui contagii praetextu ita inhumaniter agant, et crudelitatis, et impietatis admodum accusat, simulque argumentum, quibus eorum sententia nititur, singulari licet ratiocinatione refutare conatur [5]). "Aliquando saeviunt quaedam morborum genera, ut pestilentia, et alia ejusmodi, quae ex causis externis pendent, aëre videlicet aquave corrupta: haec autem, tanquam a prius correptis, appropinquantes invadant atque coinquinent, multis suspecta sunt: quanquam, meo quidem judicio, neque affectio illa ex successione sanis morbum dispertitur, sed, communis pestilentiae saevitia morbi similitudinem afferente, morbus inde generatus accusatur, ab illis qui primi correpti sunt ad reliquos serpere. At hic, quoniam affectionis vis intus contrahitur et consistit, et ex tabificorum

---

5) l. l, p. 891. *τινὰ τῶν νοσημάτων, οἷον αἱ λοιμώδεις ἐπιφοραὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς ἔξωθεν αἰτίας ἠρτημένα, ὅταν ἐκ διαφθορᾶς ἀέρος ἢ ὕδατος γίνηται, ὕποπτα τοῖς πολλοῖς ἐστιν, ὡς ἐκ τῶν προεαλωκότων καὶ πρὸς τοὺς προςεγγίζοντας διαβαίνοντα· οὐδὲ τοῦ πάθους, ὡς οἶμαι τῷ ὑγιαίνοντι τὴν ἀῤῥωστίαν ἐκ διαδόσεως ἐμποιοῦντος· ἀλλὰ τῆς κοινῆς ἐπιφορᾶς τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἀῤῥωστήματος ἐπαγούσης, ἔχει αἰτίαν ἡ νόσος ἐκ τῶν προεαλωκότων, καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς διαβαίνουσα. Ἐνταῦθα δὲ ἔνδοθεν συνισταμένης τῆς τοῦ τοιούτου πάθους κατασκευῆς, καί τινα τοῦ αἵματος ἐκ τῆς περιεγχύσεως τῶν φθοροποίων χυμῶν διαφθορὰν ὑπομένοντος, ἐν τῷ κάμνοντι τὸ πάθος περιορίζεται· καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, πάρεστι καὶ ἀπὸ τούτου μαθεῖν· μή τις ἀπὸ τῶν εὐεκτούντων τοῖς ἀῤῥωστοῦσι κοινωνία τῆς κρείττονος ἕξεως γίνεται, κἂν σφόδρα λιπαρῶς τῇ θεραπείᾳ*

humorum permixtione quodammodo sanguis corrumpitur, in aegrotante solum haeret et circumscribitur affectio. Rem autem sic se habere, ex his cognosci poterit: Num qui morbo laborant, melioris habitudinis quid acquirunt ex consuetudine et familiaritate eorum, qui commoda feruntur valetudine, quamvis curentur ab eis diligentissime? Nihil omnino. Sic igitur e contrario fieri par est, ut nihil ex aegrotantibus ad recte valentes incommodi perveniat." Aristotelis cauta quaestio ("cur quidam morbi contagiosi sint, sanitas vero non contagiosa"), quam supra attulimus, Gregorii sic satis incautae opinioni locum dedisse videtur.

Evagrius et Procopius.

(N. 536. p. C. n.) (Vixit 562. p. C. n.)

Hi duo historici in unum collocati sunt, quia simul ambo pestem descripserunt, quae gravissima omnium ex tota antiquitate fuisse videtur. Nam regnante Imperatore Justiniano, 540 p. Chr., paene omnem tum terrarum orbem invasit, ex Aethiopia sive Aegypto profecta. Byzantii menses quatuor exegit et per tres admodum viguit [6]).

προσμένωσιν; οὐκ ἔστι ταῦτα· οὕτως οὖν εἰκὸς καὶ τὸ ἔμπαλιν, μηδὲ ἀπὸ τῶν ἀσθενούντων πρὸς τοὺς εὐεκτοῦντας μεταβαίνειν τὸ πάθος.

6) Procop. de bello pers. II. 23. p. 321. ed. Venet. Script. Byz. Ἡ *μὲν οὖν νόσος ἐν* Βυζαντίῳ

Sed utraque descriptio insignem discrepantiam in hoc offert, quod alter eam contagiosam fuisse tradit, alter negat. Sic enim Evagrius [7]): "Modus vero contrahendi morbi multiplex fuit, et rationem omnem superans. Alii enim eo solum, quod simul versati essent, aut in iisdem aedibus mansissent, interierunt. Nonnulli cum attigissent tantum, aut domum ingressi essent. Quidam in medio foro eam labem contrahebant. Nonnulli cum ex urbibus ea labe infectis aufugissent, ipsi quidem intacti remanserunt; aliis vero sanis, morbum intulere. Quidam denique, licet cum multis eo morbo laborantibus mansissent, nec aegros solum, verum etiam mortuos tetigissent, nullum tamen morbum sibi contraxere."

ἐς τέσσερας διῆλθε μῆνας, ἤκμασε δὲ ἐν τρισὶ μάλιστα. Omnino vero hunc morbum 52 annos orbem terrarum vexasse Evagrius loco statim laudando narrat.

7) Ev. Hist. Eccles. IV. 29. p. 404. C. ed. Vales. fol. καὶ τὰ ἐς τὰς μεταλήψεις δὲ διαφορὰ, καὶ λόγον ὑπερβαίνοντα. Οἱ μὲν γὰρ τῷ συνεῖναι μόνον καὶ συνδιαιτᾶσθαι ἐφθείροντο. Οἱ δὲ, καὶ προσαψάμενοι μόνον. Οἱ δὲ, καὶ εἴσω τοῦ οἰκήματος γενόμενοι. ἄλλοι δὲ κατὰ ἀγοράν· ἔνιοι δὲ ἐκ νοσούσων πόλεων πεφευγότες, ἀπαθεῖς μεμενήκασι, τοῖς οὐ νοσοῦσι, τῆς νόσου μεταδόντες. Οἱ δὲ τὸ παράπαν οὐχ ἥλωσαν· πολλοῖς δὲ συνδιαιτηθέντες νοσοῦσι, καὶ πολλῶν οὐ νοσούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τετελευτηκότων προσαψάμενοι.

Contra Procopius [8]) hoc modo: "Qui (aegrotis) inserviebant, jugi labore districti, perpetiebantur durissima; ita ut omnes non minus horum quam aegrotantium misereret: non quod ipsis lues afflaretur accessu; nam nec Medicus, nec illius artis imperitus quisquam morbum contraxit tactu languentium: quandoquidem multi, qui etiam alienos vel curabant vel sepeliebant, praeter opinionem salvi perstabant in ministerio: multi rursus, nulla data ansa, morbo correpti protinus interibant eo quod plurimum fatigarentur."

Sed absque haesitatione potior fides habenda est Evagrio, qui ipse adolescentulus adhuc [9])

---

8) l. l. p. 320. A. "Αὐτοὺς θεραπεύοντες, καμάτῳ ἀπαύστῳ ἐχόμενοι, τὰ ἀνήκεστα ἐς ἀεὶ ἔπασχον, διὸ δὴ ἅπαντες αὐτοὺς οὐχ ἧσσον ἢ τοὺς πονουμένους ᾠκτίζοντο. οὐχ ὅτι τῷ λοιμῷ ἐπιέζοντο ἐκ τοῦ προσιέναι (οὔτε γαρ ἰατρῷ οὔτε ἰδιώτῃ μεταλαχεῖν τοῦ κακοῦ τοῦδε τῶν νοσούντων ἢ τῶν τελευτηκότων ἁπτομένῳ ξυνέβη· ἐπεὶ πολλοὶ μὲν ἀεὶ καὶ τοὺς οὐδὲν σφισὶ προσήκοντας ἢ θάπτοντες, ἢ θεραπεύοντες, ταύτῃ δὴ τῇ ὑπουργίᾳ παρὰ δόξαν ἀντεῖχον· πολλοὶ δὲ, τῆς νόσου ἀπροφασίστως αὐτοῖς ἐπιπεσούσης, εὐθὺς ἔθνησκον), ἀλλ' ὅτι ταλαιπωρίᾳ πολλῇ εἴχοντο.

9) l. l. A. narrat, se, κατ' ἀρχὰς τοῦ τοιούτου πάθους ληφθῆναι τοῖς καλουμένοις βουβῶσιν, ἐς γραμματιδιδασκάλου ἔτι φοιτῶντα. Aliquot annos post; idem morbus frequenter ab alia in aliam regionem migrans (μεταβᾶσα πολλάκις μεταξὺ ἄλλοτε ἄλλοθι) revertebatur, referente Agathia Hist. V. p. 107. Venet. S. Byz.): ἡ δὲ τῆς νόσου ἰδέα παραπλησία τῇ πρεσβυτέρᾳ ἐτύγχανεν οὖσα·

corripiebatur illo morbo, quem omnis Procopii enarratio comprobat fuisse proprie hodieque pestem dictam, de cujus natura contagiosa vix adhuc aliquis dubitet [10]).

G. Cedrenus.

(Circ. 1060. p. C. n.)

Hic caeteroquin levis posteriorum temporum scriptor summi hic pretii a nobis aestimandus est, quia rem, in historia contagii gravissimi momenti, paene solus conservavit. Sic enim pestem enarrat, quae Gallo et Volusiano imperatoribus accidit: "Eo tempore pestis invaluit, ab Aethiopia in occiduam usque terrae partem propagata: neque ulla fuit urbs ejus expers, multae etiam bis ea lue infestatae. Obtinuit annos XV; coepit autumno, et desiit sub ortum Caniculae. Pro-

---

πυρέτοι γὰρ ἐπὶ βουβῶσιν ἀνήπτοντο. Hos bubones λοιμώδη ἕλκη vocat Pollux (Onomasticon IV. cap. 25. 204).

10) Scite observat Freind (Hist. med. Lond. fol. 1733. p. 420), et Procopium, inscium, monstrare, pestem illam fuisse contagione propagatam, tradentem, eam semper juxta mare initium sumsisse, atque inde diffudisse se in regiones mediterraneas, "haec res (pergit F.) omni ratiocinatione fortior est ad probandum illud, quod morbus hic per commercium et communicationem, et a longinquo apportari et in longinquum dispergi possit."

pagabatur morbus iste etiam *vestimentis*, soloque adeo aspectu, neque fuit domus in qua nemo esset mortuus. Alii metu contagionis cadavera relinquebant insepulta. Pii autem aegrotos secure curantes, luem sibi adsciscebant, cumque iis aut post eos ipsi quoque moriebantur [1]).

Alius eorundem temporum scriptor [2]), ubi pestem, quae itidem Byzantii saeviit, commemorat, paucos, ait, duntaxat divino beneficio servatos fuisse, qui quam longissime ex his locis recesserint.

e) *Romani.*

Ut apud Graecos, sic in Romanorum prisca religione vestigia exstant probantia, quantopere

---

1) Historiarum Compendium. Script. Byz. ed. Venet. VII. p. 204. B. *μετεδίδοτο δὲ ἡ νόσος αὕτη ἀπό τε ἱματίων, καὶ ψιλῆς θέας. οὐ γὰρ ἦν οἰκία, ἐν ᾗ τεθνηκὼς οὐκ ἦν. καὶ οἱ μὲν φόβῳ τοῦ μὴ μεταλαβεῖν τῆς νόσου, ἀτάφους εἴων τοὺς τεθνηκότας. οἱ εὐσεβέστεροι δὲ ἀπαραφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας θεραπεύοντες, εἰς ἑαυτοὺς τὴν νόσον ἐπεσπῶντο, καὶ σὺν ἐκείνοις, ἢ μετ᾽ ἐκείνους τὸν βίον μετήλλαττον.*

2) Nicephorus Constantinopolitanus (Histor. p. 32. B. script. Byz. ed. Venet. vol. VII.) *διεσώθη δ᾽ ἄν τις θείᾳ πάντως βουλήσει, ὅστις ὡς ποῤῥωτάτω τούτων τῶν χωρῶν ἀπέδρα.*

morborum malignorum insidias fuerint experti. Cum enim Mephitim [3]) et Febrim [4]) in deorum numerum referrent, et perniciosis hisce rebus non modo deorum nomen tribuerent, sed etiam sacra constituerent, cultu et veneratione effectum eorum videntur deprecari voluisse. Quam vero contagiosa vis illorum morborum etiam vulgo fuerit nota, ex loco Plauti patet [5]), ubi herus iratus ad servum ait: "apage te a me. Sos. quid est negotii? Am. Pestis te tenet! Sos. Nam cur istud dicis? Equidem valeo, et salvus sum Amphitruo."

Lucretius.

(Circ. 70. a. C. n.)

Non solum quia Thucydideam pestis descriptionem egregie adumbravit, sed quia et Epicuri de pestis origine sententiam nobis conservavit, locum inprimis hic meretur doctus poëta. Aërem corruptum et corpori humano inimicum ut mali praecipue auctorem incusat [6]):

---

3) Tacit. Hist. III. 34: Mephitis templum. Servius ad Virgil. Aen. VII. 84: —

. . . saevamque exhalat opaca mephitim.

"Novimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci: ut sit Mephitis dea odoris gravissimi.

4) Cicero de nat. Deorum III. 25: Febris fanum in Palatio.

5) Amphitr. II. 1. vs. 33.

6) Lucretii Cari de rerum natura lib. VI. vs.

Nunc, ratio quae sit Morbis, aut unde repente
Mortiferam possit cladem conflare coorta
Morbida vis hominum generi, pecudumque catervis,
Expediam. Primum multarum semina rerum
Esse supra docui, quae sunt vitalia nobis:
Et contra, quae sint morbo mortique, necesse'st
Multa volare; ea cum casu sunt forte coorta,
Et perturbarunt coelum, fit morbidus aër.
Atque ea vis omnis morborum, pestilitasque,
Aut extrinsecus, ut nubes nebulaeque superne
Per coelum veniunt, aut ipsa saepe coorta
De terra surgunt, ubi putrorem humida nacta 'st,
Intempestivis pluviisque, et solibus icta.

Postquam exempli instar morbum elephantem nominaverat, haec subjungit 7):

1088-1100. Quam morbidam vim hic appellat, eam mortiferam dicit vs. 819. quae de terra surgit in auras

Ut spatium coeli quadam de parte venenet.

Hinc praeclare Lucanus (Phars. l. VI. vs. 88.) pestem liquidam appellat:

Corpora dum solvit tabes, et digerit artus,
Traxit iners coelum fluidae contagia pestis.

7) ib. vs. 1123-1128.

Haec igitur subito clades nova, pestilitasque,
Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,
Aut alios hominum pastus, pecudumque cibatus:
Aut etiam suspensa manet vis aëre in ipso:
Et cum spiranteis mistas hinc ducimus auras,
Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse 'st.

Tum pestem Atheniensem depingit, in cujus signa et hoc refert [8]):

Et simul ulceribus quasi inustus omne rubere
Corpus, ut est, per membra sacer cum diditur ignis.

Dein varias mortis species enumerat [9]):

---

8) ib. vs. 1164.

9) ib. vs. 1233. sqq. Paene simili modo Ovidius, ubi pestem, quae insulam Aeginam invaserit, depingit, Thucydideae narrationis memor, sic cantat (Metam. VII. 578 sqq.)

Corpora foeda jacent: vitiantur odoribus aurae.
Adflatuque nocent, et agunt contagia late. —
Quo propior quisque est, servitque fidelius aegro,
In partem leti citius venit.

Idque vel in primis cumulabat funere funus:
Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
ex aliis alios avidi contagia morbi.

et paulo post:

Qui fuerant autem praesto, contagibus ibant.

P. Virgilius Maro.

(Ob. 19. a. C. n.)

Musarum latinarum decus optime scivit, morbos aliquos animalium non solum inter ipsa contagiosa esse, sed quoque materiam inficientem, pellibus eorum adhaerentem, perniciem afferre hominibus, qui iis utantur. Igitur Tityrus felicem praedicat Meliboeum [10]), quod non coactus sit exulare cum armentis:

Sed et alio loco hic poeta suam de contagio scientiam exhibuit (Remed. amor. v. 613 seq.)

: . . . facito contagia vites.
Haec etiam pecori saepe nocere solent.
Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi:
Multaque corporibus transitione nocent.

10) Eclog. I. 51. Ad haec commentator Servius: ne morbi vel pestilentiae corrumpant, unde contingit, ut una aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat.

"Nec mala vicini pecoris contagia laedent."

Et in illa peste, quae a mari Adriatico usque ad Alpes [1])

"Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum
Corrupitque locus, infecit pabula tabo."

illa contagiosa vis valde sese prodidit, nam [2]):

"Nec tondere quidem morbo illuvieque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum etiam invisos si quis tentarat amictus:
Ardentes papulae, atque immundus olentia sudor

1) Georg. III. 479. Paulo antea vs. 468. dixerat

Continuo culpam ferro compesce, prius quam
Dira per incautum serpant contagia volgus.

Posterior poeta Severus Sanctus (circ. 400 p. C. n.) similiter magnae pecudum pestis meminit (de mortibus boum vs. 20 sqq. p. 42 ed. Richter. 4.):

Haec jam dira lues serpere dicitur.
Pridem Pannonios, Illyrios quoque,
Et Belgas graviter stravit, et impio
Cursu nos quoque nunc petit.

2) ib. vs. 561-566.

Membra sequebatur; nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus sacer ignis [3]) edebat."

Livius.

(Ob. 18. p. C. n.)

In pluribus pestibus, quas praeclarus hicce historiarum auctor descripsit, sedulo adnotavit, quotiescunque contagiosum earum furorem homines vel animalia persensissent. Annus U. c. 291 (A. C. 461.) Romanis perquam tristis erat, nam: "Grave tempus et forte annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis, quam pecori; et auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis. Ea conluvio mixtorum omnis generis animantium et odore insolito urbanos, et agrestem, confertum in arta tecta, aestu ac vigiliis angebat, ministeriaque in vicem ac contagia ipsa vulgabant morbos [4])." Non minus gravis

3) Sydenham Opp. III. p. 111 ait "Certe, me judice, in inflammatione ista, quam Latini Ignem Sacrum appellant, quamdam Pestis imaginem non obscuram intueri licet."

4) L. III. 6. Etiam Orosius (II. 12. p. 96 ed. Fabricius. 8.) ait: "pestilentia multos nobiles, praecipueque plebem foeda tabe delevit." Niebuhr (Römische Geschichte II. p. 90) variis causis tum morbos exortos ait: "die durch

erat annus U. c. 327. (A. C. 425): "Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosque stragem siti pecorum morientium dedit; scabie alia absumta: vulgatique contactu in homines morbi, et primo in agrestes ingruerant servitiaque; urbs deinde impletur. Nec corpora modo adfecta tabo, sed animos quoque multiplex religio invasit [5])." Cum Marcellus A. U. 540 (A. C. 212) Syracusas obsideret, pestilentia intra urbem et extra exorta est: "Et primo temporis ac loci vitio et aegri erant, et moriebantur: postea curatio ipsa et contactus aegrorum vulgabat morbos; ut aut neglecti desertique, qui incidissent, morerentur, aut adsidentes curantesque eadem vi morbi repletos secum traherent: quotidianaque funera et mors ob oculos esset, et undique dies noctesque ploratus audirentur [6]). Anno 578 a. u. (178

---

unvorsichtige Berührung, oder gar durch den Genufs des Fleisches der gefallenen Rinder, allerdings pestartige Uebel hervorzubringen hinreichten."

5) L. IV. 30. Paulet in docto et egregio opere: recherches historiques et physiques sur les maladies epizootiques T. I. p. 33. ait: Cet exemple d'une gale épidémique et épizootique n'est pas unique: on a observé depuis la même chose en Italie."

6) L. XXV. 26. Hanc pestem, ubi depingit Silius Italicus (Punic. XIV. 611 et 622) sic canit:

Passim

174. A. C.) delectus a consulibus vix haberi poterat "quod pestilentia, quae priore anno in boves ingruerat, eo verterat in hominum morbos; qui inciderant, haud facile septimum diem superabant: qui superabant, longinquo, maxime quartanae, implicabantur morbo. Saevitia maxime moriebantur; eorum strages per omnes vias insepultorum erat. Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat. Cadavera, intacta a canibus et vulturibus, tabes absumebat: satisque constabat, nec illo, nec priore anno in tanta strage boum hominumque vulturium usquam visum [7])." Caeterum ejusmodi morborum et alias varias causas affert. Sic narrat, Rhodios ad Phaselin naves appulisse. "Loco gravi et tempore anni (medium enim aestatis erat) adhoc insolito odore ingruere, morbi vulgo maxime in remiges coeperunt, cujus pestilentiae metu profecti sunt [8]). Alio loco [9]) Romanos milites clam consilium cepisse tradit, urbis fertilissimae Capuae fraude opprimendae, querentes: "se in pestilenti atque arido circa ur-

---

Passim etiam deserta jacent inhumataque late
Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus.
Et paulo post:
Primum letiferos repressit Sirius aestus,
Et minuere avidae mortis contagia pestes.

7) L. XLI. 21.

8) L. XXXVII. 23.

9) L. VII. 38.

bem solo luctari, aut in urbe insidentem tabem crescentis in dies foenoris pati."

Vocibus contagio, contingere et similibus, significatione a morbis ad mores translata, Livius saepe utitur.

C o l u m e l l a.

(Circ. 80. p. C. n.)

Jam Virgilium morbos pecudum contagiosos versibus tetigisse, supra vidimus. Hoc multo clarius factum est a rei rusticae scriptoribus. Princeps omnium Columella suem in gregem boum incidentem pestilentiam facere, ait, valere; tum ita pergit [10]: segregandi a sanis morbidi, ne quis interveniat, qui contagione caeteros labefaciat. Itaque cum ablegabantur, in ea loca perducenda sunt, quibus nullum impascitur pecus, ne adventu suo etiam illis tabem afferant." De scabie ovium ait: Huic primo quoque tempore occurrendum est, ne totam progeniem coinquinet, et quidem celeriter, cum et alia pecora, tum praecipue oves contagione vexentur [1])." Et paulo post: "Est etiam in-

10) L. V. 5. p. 252. ed. Bip.

1) L. VII. 5. p. 300. Simili modo in Geoponicis (XVIII. 13. T. II. p. 1188. ed. Niclas) hoc praecipitur: *προνοεῖν χρὴ, ὅπως μηδὲ τὴν ἀρχὴν νόσῳ λοιμώδει περιπέσοι τὰ πρόβατα.* Et tum inter

sanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores; ea nisi compescitur intra primam pecudem, quae tali modo correpta est, universam gregem contagione prosternit [2])." Suspiciose laborantibus . . . mutandae regiones, quod in omnibus morbis ac pestibus fieri debere censemus . . . Agni, ubi morbo laborant, admitti ad matres non debent, ne in eas perniciem transferant [3]). De teneris pullis gallinaceis praescribit talia: "Cavendum, ne a serpentibus afflentur, quarum odor tam pestilens est, ut interimat universos [4])."

Vegetius Renatus.

(Circa 384. p. C. n.)

Hic, qui egregie de pecudum et jumentorum morbis scripsit ("Sicut enim animalia post hominem, ita ars veterina post medicinam secunda est" in praefamine ait) et contagiosos et remedia simul bene observavit. Boves, aliaque animalia morbo con-

---

ter remedia et hoc ponitur *δεῖ τὰ νοσοῦντα εἰς ἕτερον χωρίον μετενεγκεῖν, ὅπως μὴ τὰ ὑγιαίνοντα ἀναφύρηται αὐτοῖς.* Ibidem c. 15. in scabie remedium commendatur quod hodieque in usu est *τὴν δὲ ψώραν τῶν προβάτων θεραπεύσεις οὔρῳ πλύνων, καὶ θεῖον μετ' ἐλαίου ἀλείφων.*

2) Ib. p. 303.

3) l. l. p. 303.

4) L. VIII. 5. p. 334.

tagioso infecta, distribuenda esse, ait, illis locis, ubi nullum pecus pascatur, ut nec sibi invicem, nec aliis noceant. "Nam (pergit) pascendo herbas inficiunt, bibendo fontes, stabulo praesepia: et quamvis sani boves, odore morbidorum afflante depereunt. Usque eo etiam mortua cadavera ultra fines villae projicienda sunt, et altissime obruenda sunt sub terris, ne forte ipsorum corporum interna sanorum contingantur et pereant. Uno quidem vocabulo pestilentia appellatur, sed habet plurimas species, quas enumerare non licet (vel piget): facilius ipsa principia a diligentibus intelligi possint. Est itaque humidus (humor), quoties per os et nares humor effluit bobus, et fastidium aegritudoque consequitur. Est siccus, quoties nullus humor apparet; sed animal quotidie macescit et fit deterius, nec juxta consuetudinem appetit cibos. Est articularis, quoties interdum de prioribus, interdum de posterioribus pedibus claudicant boves, cum habeant ungulas sanas. Est et subrenalis, quoties a posterioribus debilitas appareat, et quia lumbi dolere creduntur. Est farciminosus, quoties per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt se, et quasi sanantur, et iterum in aliis locis exeunt. Est et subtercutaneus, quoties humor pessimus in diversis partibus corporis bobus erumpit et decurrit. Est elephantiasis, quoties velut scabies minutae cicatrices exeunt extra corium, et ad similitudinem lenticulae. Est mania, quae refectis bobus eripit sensum, ut nec audiant more solito, nec videant: ex qua passione celerrime moriuntur, quamvis hilares pinguesque videantur. Hi omnes morbi contagione

sunt pleni, et si unum animal apprehenderint, celeriter ad omnia transeunt, et sic interdum aut integris armentis, aut omnibus domitis afferunt interitus. Unde omni studio, quae semel tentata fuerunt, segreganda sunt animalia, et ad ea loca mittenda, ubi nullum animal pascatur, ne contagione sua omnibus periculum generet negligentia domini (sicut solet a stultis) divinae imputetur offensae [5])." De morbo, quem farciminosum appellat, sic habet: "Haec passio, licet contagiosa sit, facilius tamen inter principia curabitur, quia interna eorum adhuc sana sunt, sed corruptus humor ex morbo inter cutem et carnem versatur [6])." De morbo orabo sive alienato: "Est autem nequissima passio, primo quod pestifero transitu contagionem spargit in plurimos; deinde quod imperitos decipit specie sanitatis [7])." Hunc morbum alienatum dicit, quod eripiat animalibus sensum et etiam Malleum: "quod pestilentia internecivum contagium faciat." Plerumque vero hujus aegritudinis pestilentiam ita transire in proximos . . ut qua transeant jumenta in lanis et in ipso anhelitu inficiant universa. Velocius autem curari, si separata fuerint atque translata [8]). De scabie sic: "Haec jumentis defor-

5) L. III. 2. p. 345.

6) L. I. 14. p. 242. ed. Bip.

7) L. III. 22. p. 375.

8) l. l. p. 376.

mem passionem et interdum periculum generat. Contagiosa namque est et transit in plures [9].

Seneca.

(Circ. 65. p. C. n.)

Videtur hic philosophus quandam de natura contagii notitiam habuisse, cum ait [10]: "Nos multa alligant, multa debilitant: diu in istis vitiis jacuimus, elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti." Item alio loco [1]: "Quemadmodum adversus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis, et diligens valetudinis cura: promiscue enim imbecilla robustaque invadit: ita seqq." Paulo post: "Sumunter a conversantibus mores: et ut quaedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit."

Relatu etiam digni videntur quidam junioris Senecae versus ex fabula Oedipo, ubi Thucydidem et Sophoclem ante oculos habuisse vi-

9) L. III. 74. p. 415.

10) Epist. 59. med. p. 268. ed. Ruhkopf. vol. II.

1) de Ira III. 5 et 8. p 588 et 590 ed. Morellii. fol. In quaest Nat. lib. VI. cap 27. ait "solere post magnos terrarum motus pestilentiam fieri," et addit: "nec id mirum est, multa enim mortifera in alto latent."

detur. Iocasta ibi ad regem ait [2]):

"sperne lethali manu
Contacta regna: linque lachrymas, funera,
Tabifica coeli vitia, quae tecum invehis
Infaustus hospes."

Juvenalis.

(Ob, 119. p. C. n.)

Hic Satyricus molle et effeminatum vestimentorum genus, quod suo tempore apud Romanos invaluit, perstringens hos memorabiles versus adjicit *):

— — Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plureis: sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit, et porrigine porci,
Uvaque conspecta livorem ducit ab uva.

Q. Curtius Rufus.

(Flor. circ. saec. I. p. C. n.)

Hic scriptor, qui ex auctoribus graecis, cum superstitibus, tum deperditis, historiam Alexandri M. contexuit, memorabilem contagione morbum regis exercitum in finibus Indorum vexasse

2) Oed. vers. 77-80.
*) Satyr. II. vs. 78-82.

tradit his verbis [3]): "Altero die classis adpulsa est haud procul lacu salso; cujus ignota natura plerosque decepit temere ingressos aquam. Quippe scabies corpora invasit et contagium morbi etiam in alios vulgatum." Hic morbus, ad quem fames, aliaeque causae accedebant, vehementem tandem excitabat pestilentiam, in qua milites, laborantes ea, socios nec tangere nec sublevare audebant; nam "imminentis etiam ipsis facies mali ante oculos erat. Ergo saepius revocati, ne respicere quidem suos sustinebant, misericordia in formidinem versa."

C. Plinius Secundus.

(Ob. 79. p. C. n.)

Plures hic ex immenso eruditionis suae thesauro commemoravit morbos, qui insignem contagionis notam prae se ferunt. Inter primos is est, quem lichenas Graeci, mentagram Latini appellarunt. "Non fuerat, ait [4]), haec lues apud

---

3) Lib. IX. cap. 10. Variolas fuisse suspicatur Schnurrer, Chronik der Seuchen I. p. 53.

4) Hist. Nat. XXVI. c. 1. 3. — Ad arcendum hunc foedum morbum Tiberius "Quotidiana oscula prohibuit edicto" teste Suetonio in Vit. cap. 34. Sed hanc consuetudinem et illum morbum adhuc sub Trajano viguisse, ostendunt versus Martialis (Epigr. XI. 98.):

Effugere non est, Basse, basiatores.
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt,

majores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam, quodam Perusino equite romano quaestorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde contagionem ejus importante. Nec sensere id malum foeminae, aut servitia, plebesque humilis, aut media: sed proceres veloci transitu osculi maxime: foediore multorum, qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur: ni usque in ossa corpus exustum esset, rebellante taedio. Adveneruntque ex Aegypto, genitrice talium vitiorum, medici."

Paulo [5]) post refert: "L. Paulo, Q. Marcio censoribus, primum in Italiam carbunculum venisse, et elephantiasin ante Pompeji M. aetatem non accidisse in Italia." Contra ejusmodi morbos salivae inprimis jejuni hominis efficacem usum tribuit [6]) et simul hoc notat; "Dispuimus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus." Sanguini menstruali itidem vim

---

Et hinc et illinc, usquequaque, quacunque.
Non ulcus acre, pustulaeve lucentes,
Nec triste mentum, sordidique lichenes. [eos arcent].

De therapia hujus morbi agunt Galenus et Nonus Epit. C. p. 320. ed. Bernard. T. I.

5) l. l. 4 et 5.

6) L. XXVIII. c. 4. 7. ubi plura "amuleta" memorat. Tale amuletum Pericles in peste in collo gestavit. vid. Plutarch vit. Pericl. p. 173. ed. Frcf.

contagiosam inesse credidit [7]), et Laurum delphicam pestilentiae contagia prohibere [8]). Quinimmo in vinis juxta positis contagiosum quiddam locum habere ait [9]): "Doliis etiam intervalla dari, ne inter sese vitia serpant, contagione vini semper ocyssima."

Item refert Romanos in Frisiis castra habentes pota aqua cujusdam fontis novo morbo affectos fuisse. Stomacacen eum medici vocabant [10]).

Ammianus Marcellinus.

(Flor. 380. p. C. n.)

Romae continuo multos homines morbis contagiosis affectos fuisse, quorum consuetudi-

---

7) "in rabiem, ait, aguntur gustato eo canes atque insanabili veneno morsus inficitur. L. VII. c. 15. 13. De nociva vi, quam veteres huic sanguini adscripserunt cf. Hensler Lustseuche I. p. 206. Etiam de effectu ejus in plantas Columella (de re rust. XI. 3 p. 460. ed. Bip.) ait: "Contactu ejus languescunt incrementa virentium."

8) L. XXIII. c. 8. 80. ad fin.

9) L. XIV. c. 21. 27.

10) Scorbutum fuisse nonnullis visum, quem contagiosum esse quidam credunt. Cf. Trotter on scurvy. London 1792 8. Simili modo ac Romanos, Hungarios praecipue pota impura aqua pestifera scorbuti epidemia correptos fuisse narrat Schraud, Nachrichten vom Scharbock in Ungarn im Jahre 1803. Wien 1805. p. 62.

nem, vicinitatem et aspectum reliqui aversarentur, ut ab ista labe sese munirent, ex hujus scriptoris singulari observatione patet. Varia enim Romanorum nobilium vitia enumerans, haec addit: "Et quoniam apud eos, ut in capite mundi, morborum acerbitates celsius dominantur, ad quos vel sedandos omnis professio medendi torpescit; excogitatum est adminiculum sospitale, ne quis amicum perferentem similia videat: additumque est cautionibus paucis remedium aliud satis validum; ut famulos percontatum missos, quemadmodum valeant noti hac aegritudine colligati, non ante recipiant domum, quam lavacro purgaverint corpus. Ita etiam alienis oculis visa metuitur labes [1])." Quemnam morbum hic intelligi velit, non statim apparet. Elephantiasin esse, ex scriptore, qui statim sequetur, veri fit simile.

Caelius Aurelianus.

(Circ. 410. p. C. n.)

Inter omnes romanos auctores, qui scriptis suis rem medicam illustrarunt, hic peritus methodicus fere unus est, qui contagii meminit [2]);

1) L. XIV. 6. p. 16. ed. Ernesti.

2) Nisi huc trahere velis nonnulla ex Celso loca, sic satis levia. De med. I. 10. p. 37. ed. Bip. ait: "Est etiam observatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur adhuc integer, cum

sed hoc tam diserte, tam dilucide facit, ut paene instar omnium esse videatur. Cum varias de curanda elephantiasi sententias commemorasset. "Alii, inquit[3]), aegrotum in ea civitate, quae nunquam fuerit isto morbo vexata, si fuerit peregrinus, claudendum probant, civem vero longius exulare, aut locis mediterraneis, et frigidis consistere, ab hominibus separatum, exinde revocari, si meliorem receperit valetudinem, quo possint caeteri cives nulla istius passionis contagione sauciari. Sed hi aegrotantem destituendum magis imperant, quam curandum, quod a se alienum humanitatis approbat medicinae." Ubi de incubone (s. incubo) agit[4]): "Memorat denique Silimachus Hippocratis sectator, contagione quadam, plurimos ex ista pas-

tamen securus esse non possit." p. 38. "Cum vero haec in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maxime, quam Austri excitarint." p. 162 III. 25. "Elephantiasis ignotus paene in Italia morbus." p. 277. V. 27. De rabie canina: "omnis autem morsus habet quoddam virus."

3) Morb. Chronic. l. IV. c. 1. p. 497. ed. Amman. Amstel. 1709. 4. Jam vides hic humanitatem objici, quam supra in Graecis innuimus. Simili modo Rich. Mead in praeclara dissertatione de peste (Praef. p. XXIII. ed. Goett. 1749. T. II.) de nimis arcta et crudeli urbium, peste infectarum, obsidione, ait: "hac quidem vi infringi libertatem sine dubio clamaturi essent liberae regionis incolae, neque ferendum, ita jus negari, quod unicuique a natura datum sit."

4) Morb. chron. I. 4. p. 290.

sione, veluti lue, apud urbem Romam confectos." Ubi de hydrophobia [5]): "Sartrix etiam quaedam quum chlamydem scissam rabidis morsibus, sarciendam sumeret, atque ore stamina componeret, et lingua pannorum suturas lamberet assuendo, quo transitum acus faceret faciliorem, tertia die in rabiem venisse memoratur. Est praeterea possibile, sine manifesta causa hanc passionem corporibus innasci, cum talis fuerit strictio sponte generata, qualis a veneno. Interea post morsum quidam celerius in passionem veniunt, quidam tardius. Ideo etiam post annum aut eo amplius afficiuntur, sed magis plures post quadraginta dies." Ubi de arthritide [6]): Videtur praeterea plurimis antiquis medicis etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine, et propterea succedentes invadere." Luem ex Asclepiadis sen-

---

5) Morb. acut. III. 9. p. 219.

6) Morb. chron. V. 2. p. 558. Locus maxime memorabilis, ut in quo notitia morborum haereditariorum contenta est, de quorum affinitate cum contagiosis sic Bernhardi (Handbuch der Contagienlehre §. 45.) "Mit den contagiösen Krankheiten haben die erblichen viel Aehnlichkeit. Aber nur die Anlage wird übertragen; hat sich wirklich eine ausgebildete Krankheit von den Eltern auf die Kinder fortgepflanzt, so verdient diese auch den Namen einer contagiösen. Auch zur Ausbildung contagiöser Krankheiten sind noch äufsere Einflüsse nothwendig, und in Wahrheit sind die Gränzlinien zwischen ansteckenden und erblichen Krankheiten oft in einander fliefsend."

tentia hoc modo definit [7]). "Lues est qualitas insueta, in his, ubi est, locis consistentium animalium, qua e communi causa facilibus morbis et interfectivis adficiuntur."

Justinianus.

(Ob. 565. p. C. n.)

Quam celebris contagii notio Diocletiani tempore fuerit, ex legum, quam Justinianus promulgavit, collectione patet. Agit enim rescriptum illius imperatoris, in Justiniani codicem receptum, de contagioso morbo in testamentis ordinandis testes vel testatorem (variat enim lectio [8]) opprimente, his verbis [9]): "Casus majoris ac novi contingentis ratione, adversus timorem contagionis, quae testes deterret, licet aliquid de jure laxatum est: non tamen prorsus reliqua testamentorum solennitas perempta est. Testes enim hujusmodi morbo oppressos (al. oppresso) eo tempore jungi atque sociari remissum est: non etiam conveniendi numeri eorum observatio sublata est."

---

7) Morb. acut. I. introd. p. 5.

8) Sententia, quae ad nostram rem pertinent, satis clara est. Reliquam loci difficultatem extricare a nostro fine alienum est.

9) l. 8. C. de testamentis (6. 23).

Isidorus Hispalensis.

(†. 636. p. C. n.)

Hujus episcopi (ob eruditionem Hispaniarum doctoris appellati) aetate contagii notio ita pervulgata erat, ut ipse eam in pestilentiae difinitionem recipere non dubitaret. Sic ait [10]) "Pestilentia est contagium, quod, dum unum apprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto aëre, et in visceribus penetrando innititur. Haec etsi plerumque per aëreas potestates fiat, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non fit. Dicta autem pestilentia, quasi pastulentia, quod veluti incendium depascat: Et toto descendit corpore pestis. Idem ad contagium a contingendo, quia, quemque tetigerit, polluit. Ipsa et inguinaria [1]) ab inguinum percussione. Eadem et lues a labe, et luctu vocata, quae tanto acuta est, ut non habeat spatium temporis, quo aut vita speretur, aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit." Item alio loco [2]): "Pestilentia est morbus late vagans, et contagio suo, quaeque tetigerit, polluens. Haec enim aegritudo non habet spatium temporis, quo aut vita speretur, aut mors; sed repentinus languor si-

10) Etymol. l. IV. cap. 7. ed. Arevali. T. III.

1) "Clades, quam inguinariam vocant" occurrit in Gregorii Papae vita p. 253. a. Venet. T. XV. 4.

2) De natura rerum cap. 39. T. VII.

mul cum morte venit. Quae sit vero causa hujus pestilentiae, quidam dixerunt, quando pro peccatis hominum plaga, et correpti terris injicitur, tunc aliqua ex causa, id est, aut siccitatis, aut caloris vi, aut pluviarum intemperantia aër corrumpitur. Sicque naturalis ordinis perturbata temperie, inficiuntur elementa, et fit corruptio aëris, et aura pestilens, et oritur pernicies, et corruptelae vitium in homines, et cetera animantia. Item alii ajunt, pestifera semina rerum multa ferri in aërem, atque suspendi, et in externas coeli partes aut ventis, aut nubibus transportari. Deinde quaque feruntur, aut cadunt per loca, et germina cuncta ad animalium necem corrumpunt; aut suspensa manent in aëre, et quum spirantes auras, illa quoque in corpus pariter absorbemus: atque inde languescens morbo corpus, aut ulceribus tetris, aut percussione subito exanimatur. Sicut enim coeli novitate, vel aquarum corpora advenientium tentari consueverunt, adeo ut morbum concipiant, ita etiam aër corruptus ex aliis coeli partibus veniens, subita clade corpus corrumpit, atque repente vitam extinguit."

f) *A r a b e s.*

Quamvis satis constat, Arabes paene omnem, qua pollent, rei medicae cognitionem e Graecis, Galeno praecipue, hausisse, scientiaeque fines nonnisi arcto spatio promovisse, in historia tamen

men contagii eorum sententiae non minimi sunt momenti. Illud enim multis morbis inesse, clare videntur perspexisse, praesertim cum et novorum ejusmodi morborum, ut variolarum et morbillorum naturam, si non primum, certe melius quam Veteres sint experti [3]). In universum vero non aliter ac Graeci aëri corrupto culpam pestilentiarum et similium morborum adtribuebant; et in cura et in prophylaxi ejus minus id agebant, ut contagium prohiberent, quam ut aërem purgarent, vel corpus ab ejus injuria defenderent.

R h a z e s.

(Ob. 942. p. C. n.)

Mirum quidem est, hunc auctorem, qui optime sigillatim de Variolis et Morbillis agit, vix verbulo monuisse, contagium iis inesse, quod nunc omnes agnoscunt. Sed credi par est, theorema, quod sibi de origine eorum morborum finxit, in causa fuisse, ut ad id, quod ante oculos erat positum, et quod in aliis morbis scite adnotaverat, animum non adverteret. "Variolae,

3) "Anno 572. post Chr. comparuerunt primum in terris Arabum. Simul "Nawasel" (Reiske miliariam, Friesel, esse putat) et "Calab" (rabies canina arabica) quorum quidem aliqua fuerunt jam antea inter Israelitas, non tamen Arabum terras invaserunt, nisi tum demum." Haec ex arabico manuscripto protulit Reiske (Opusc. med. ed. Gruner p. 9.)

ait [4]), fiunt, quando putrescit sanguis, et ebullit, ut ex eo evaporentur superfluitates vaporum ejus, et permutetur a sanguine infantili, qui mustis comparatur, in sanguinem juvenum qui vino maturo similis est." Sed tamen innuere videtur morbum etiam contagione propagari, ubi ait [5]): "Quoad senes autem, non fit ut accidat illis hic morbus nisi in statibus aëris pestilentialibus, putridis, malis, in quibus hic morbus vehementer abundat." Et in remediis acetum aliaque hujusmodi suadet: "Hoc regimen quam maxime juvabit etiam, in omnibus temporibus pestiferis, et imminuet pravitatem ulcerum pestilentialium, et furunculorum [6])."

Causas tamen morborum pestilentium in aëre et aqua maxime contentas credidit; igitur "Terra, inquit [7]), in qua anthrax et pestilentia fiunt, fugienda est, quam si quis fugere non poterit, et fuerit mansio vel exercitus, in quibus ista fiunt, in loco altiori morari debet, locumque qui vento super est infirmi eligere."

Sed quam optime naturam contagiosam multorum morborum, Galeni exemplo, per-

---

4) Rhazes de V. et M. ed. Channing. Londini 1761. 8. p. 21.

5) ib. p. 29.

6) ib. p. 53.

7) Opuscula. Basileae 1544. fol. de re med. l. IV. cap. 24. p. 105.

spexerit, ex his, quae statim sequuntur, luce clarius unicuique manifestum erit. Sic enim ait [8]): "Aegritudines vero, quae de uno transeunt ad alium, sunt lepra, et scabies, et phthisis, et febris pestilentialis. Quae tunc accidunt, quum aliqui in mansionibus angustis cum hominibus ista patientibus, vel sub vento sedent. Aegritudo etiam oculorum de uno ad alium, si eum intuitus fuerit, transit. Pustulae quoque malae et multae, de uno quandoque ad alium transeünt. Est insuper summopere observandum, ut ab omnibus aegritudinibus malum habentibus odorem, sani elongentur, ac supra ventum sedeant."

A v i c e n n a.

(Ob. 1036. p. C. n.)

Hic quid de contagio senserit, distincte patefecit, cum sic docet [9]): "Et est quum aegritudines in alias mutantur aegritudines; et propter hoc fit dispositio majoris malitiae, sicut quum mutatur apostema lateris in apostema pulmonis, et sicut quum mutatur phrenesis in lethargiam. Et est praeterea ex aegritudinibus quaedam, quae de uno ad alium transit, sic-

---

8) l. l.

9) Can. Med. I. Fen. 2. Doctr. 2. p. 95. vol. I. ed. Venet. 1595. fol.

ut lepra, et scabies, et variola, et febris pestilentialis, et apostemata putrida, et praecipue quum domus strictae fuerint, et similiter, quum vicinus fuerit sub vento: et sicut ophthalmia, et praecipue ei, qui oculis eum intuetur: et sicut phthisis, et vitiligo. Et sunt aegritudinum quaedam, quae in semine haereditantur, sicut vitiligo alba et tinea naturalis, et podagra, et phthisis et lepra. Et sunt aegritudinum quaedam, quae sunt generales, quae sunt alicui genti propriae, aut in aliqua regione morantibus, aut in eis multum abundant." Insignis est etiam alius locus [10]) "Et quandoque accidunt colica, et ileos secundum semitam accidentis aegritudinum pestilentialium, advenientium, et perveniunt de regione ad regionem, et de homine ad hominem". Nec minus [1]) hic: "quando putrefit aër (in corpore) quod circundat ipsum de humiditate, et accidit caliditas egressa a natura, et spargitur in corpore tunc per causam suam et erit febris pestilentialis, et communicat multitudini hominum, qui iterum habent in se ipsis proprietatem praeparationis." Alio loco [2]): "Althoin (bubones) multiplicantur in pestilentia, et in regione pestilentiali."

---

10) lib. III. Fen. 16. tract. 3. cap. 6. 67. p. 835. vol. I.

1) lib. IV. Fen. 1. tract. 4. cap. 1. p. 67. 56 b. vol. II.

2) ib. Fen. 3. tract. 1. cap. 17. p. 118. 55 b.

Sententiam suam de causis et remediis pestilentiae declarat alio loco [3]). "Pestilentia autem et aëris putrefactio secundum plurimum evenit postremo aestatis et in autumno . . . Quum enim aër putrescit, putrefacit humores [4])." Item [5]): "Et hujusmodi quidem complexio aut generat humorem malum, aut corrumpit id, quod generat, propter abbreviationem suam in digestione, et quia movet eum motu pigro; et istae causae sunt juvantes in generatione oppilationis, generantis putredinem, aut propter dispositiones extrinsecas ex aëribus malis, sicut est aër pestilentiae, et aër lacunarum et locorum infusorum, in quibus madefiunt res, ut linum et asphaltum." Item [6]): "Et quandoque accidunt putredines in interioribus terrae propter causas, quarum eventus ignoratur, et nocere faciunt aquam et aërem." Item [7]): "Aëri vero, quum corrumpitur, aut fit pestilentialis, obviandum est, exsiccando corpus, et reparando domum cum rebus, quae suis virtutibus infrigidant, et humectant. Et hoc quidem est, quod magis est faciendum in pestilentia; Aut calefaciant, et faciant, quod sit contrarium ei, quod ex aëris corruptione provenit. Odores praeterea boni sunt res in hoc magis

---

3) ib. p. 105.

4) Cf. lib. IV. Fen. 1. tract. 2. Cap. 1. p. 18. 30 b. Vol. II.

5) ib. 10.

6) l. IV. Fen. 1. tract. 4. Cap. 1. p. 67. 28 b.

7) Fen. 3. D. 5. p. 190.

conferentes, et proprie quum putaverint, quod sint complexioni aëris contrarii." Item [8]) "Rectificationis autem pestilentiae pars est secundum sanos, quae sunt in ea, et partes ejus est secundum sanos et aegros. In illa vero, quae est secundum sanos, intentio est, ut exsiccetur aër, et fiat boni odoris: et prohibeatur ejus putredo cum quacunque re sit." Item de lepra[9]: "et quandoque adjuvat illud totum corruptio aëris in se ipso, aut propter vicinitatem leprosorum, quoniam aegritudo est contagiosa, et quandoque accidit propter haereditatem, et propter complexionem embryonis."

---

8) ib. IV. Fen. I. tract. 4. vol. II. p. 70. Cf. inprimis tract. 2. de rem. noc. p. 358 ubi haec fusius exponit.

9) ib. p. 134. l. 13. Simile quid habet Abimeron Abynzoahar (Averrois Colliget et Ab. Ab. Venetiis 1553. fol. II. 12. p. 175. B. et III. 1. p 182 lin 55.) "Cognoscendo quod non corrumpitur aër solummodo ex causis praedictis, verum etiam ex putredine aëris, quae fit a corporibus hominum, qui mortui sunt in bello in magna quantitate, quando diu morantur in loco. Et corrumpitur etiam, quando aër in uno loco quiescit absque aliquo motu Et corrumpitur similiter aër, quando aquae congregantur in aliqua parte civitatis, ita quod non moventur omnino, et tunc putrescunt, et foetent, et corrumpitur aër inde."

Abimeron Abynzoahar.

(Cl. saec. XII.)

Omisso Averroe, qui nullam contagii mentionem fecit, Abimeronis Abynz. sententia de contagio referenda est: "Et oritur, inquit, aliquando hic cancer pessimus in corporibus hominum, scilicet lepra, et hoc est manifestum, quia est maxima aegritudo, et pro majori parte accidit propter vicinitatem et contractionem morae cum ipsis leprosis.[10]"

10) l. l. l. II. cap. 12.

SECTIO TERTIA.

Opiniones Veterum de causis atque remediis morborum contagiosorum.

Quamvis e locorum, ex omni antiquitate, quantum licuit, collectorum serie a nobis proposita plane pateat, contagionis vim, quam plures morbi in homines exerceant, tum percrebuisse, simulque peculiarem et specificam contagii materiem a nonnullis observatam, mirari tamen subit, cur ex multis, qui pestilentes morbos enarrarunt, plurimi aut nullo modo, aut obiter tantum illam communicandi viam perstrinxerint. Jam supra apud medicos antiquos adnotavimus, praeter alia momenta ibi prolata, scholarum commenta quaedam potissimum impedimento fuisse, quominus illi contagiorum naturam agnoscerent. Simul observandum est, paucissimos morbos epidemicos

vel endemicos subtiliter distinxisse a veris pestilentiis, ut igitur contagium, quo illas carere animadverterunt, et in his facile praetervidérent. Sed penitius inquirenti in priscorum populorum vivendi et cogitandi modum perquam probabilis sese offert ratio, ex religiosis eorum institutis et varia animorum superstitione petita. Cum enim fere omnes populi pestiferorum morborum originem ad iram deorum referrent, in causis eorum eruendis parum studii posuerunt, et multo intentius id egerunt, ut gratiam deorum sibi reconciliarent, quam ut singulis pervestigatis naturalibus causis [1]), remotisque illis, sese ab infectionis injuria defenderent. Igitur mali aetiologia apud eos manca et prophylaxis paene nulla erat. Hoc aeque de Aegyptiis [2]), Indis [3]), Judaeis [4]), Graecis [5]),

---

1) Has quidem, ubi nimis clare ante oculos positae erant, non prorsus praetervidebant, et in multis locis, hinc inde a nobis allatis, et illae arguuntur; v. g. terrae aërisque varia effluvia, fames, vitiata nutrimenta et alia hujusmodi. Sic J. Obsequens (Prodig. 89. p. 105. ed. Kapp) in Lipara insula novam pestilentiam exortam esse, ait, ex esu piscium, terrae motu ad littus conjectorum. Idemque (90. p. 108) ait: locustarum agmina a vento in mare dejecta et a fluctibus ejecta mortifero vapore gravem pestilentiam fecisse. Sic Justinus ait (II. 13. p. 113 ed. Gronov) "multorum dierum inopia contraxerat pestem" (apud Persarum exercitum). Ita apud Florum (III. 5. 17): ex fame pestilentia.

2) Morborum causas daemonibus, sanitatis atque morborum auctoribus Aegyptios tribuisse, ostendit Boerner in Antiqq. med. Aeg. p. 84. §. 62.

et Romanis [6]) valet. Apud hos Mars praecique

Clemens Alexandrinus ait de Aegyptiis (Strom. V. p. 671. ed. Potter): ἀυτίκα τὰς λοιμικὰς νόσους ἡλίῳ ἀνατιθεάσιν. Vetustissimos Aegyptios insigni munditiae et temperantiae studio, simul consuetudine perungendorum mortuorum pestem a se removisse, credit Gatterer (Weltgesch. 1785. p. 209), quoniam Herodotus eam ibi regnasse nullibi memorasset. Posteriori tamen aevo, mutato civitatis statu, et morbi pestilentes saepius insecuti sunt, adeo ut Aegyptus paene eorum patria crederetur. De sua aetate testatur Alpinus (de Med. Aeg. Cap. XV): „Vana credulitate omnem pestiferum morbum refugiunt; atque parvi faciunt, nihilque ab eo timent, pro certo credentes, si illis vitam eo morbo finiendam destinatum sit, quin ab eo moriantur, nullo pacto ipsos posse effugere, neque in bello, neque in mari, neque alio modo mortem sibi pertimescendam. Atque hinc peste Aegyptum depopulante, nemo ipsorum in ipsa fugam arripit, neque una cum peste infectis versari timet, neque vestibus, aliisque laneis, lineisque pannis pestis contagio infectis uti abhorret. Vestes enim, aliaque peste interremptorum defunctorumque suppellectilia, subito in emporiis publice venduntur; quod magis mirum videtur, quisque ea emit absque ullo pestilentis contagii timore."

3) Hi enim omnino, morbos poenas esse delictorum in priori vita commissorum, opinati sunt. V. Sprengel I. ed. Gesch. 3. p. 128.

4) Pestem illam, quae plus quam 70,000 homines absumpsit, poenam esse crediderunt stragemque ab angelo Jehovae irati factam, ob censum populi a rege impie habitum. (1 Sam. 24). Posteriores Judaei tunc morbum aliquem pe-

ut pestis effector incusabatur [7]), nonnunquam etiam

---

stem esse statuerunt, si ex oppido, quod trecentos armatos pedites exhibere possit, per tres deinceps dies terna funera efferantur. Mischnah, ed. Rabe. tom. II. IX. Cap. 3. M. 4. Hi etiam in universum morbos immundos, ut lepram, Daemonum mala nuncupabant. Vid. Lindinger de Ebraeorum veterum arte medica p. 134.

5) De antiquis Graecis Celsus adnotat: (de med. l I. praef.) "morbos (pestilentiam nominatim affert) tum ad iram deorum immortalium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam." Hinc pestis saepenumero calamitas dicebatur divinitus hominibus injuncta. Sic Diod. Sic. (Hist. XIV. 71. p. 175 ed. Bip.) eam adpellat *Δαιμονίαν συμφοράν*; Dion. Halic (Antiqq. XI. 12) *θεήλατον συμφοράν*. Eustath. ad. Hom. I. 51. p. 41. ed. Rom. infra: *θεομηνίαν αἰτιώμεμος τοῦ πανδήμου τούτου πάθους*. Mich. Glycas (Annal. P. IV. Script. Byz. T. IX. ed. Venet. p. 219. D.): *νοσήματα χαλεπὰ κατὰ θεομηνίαν συνέβαινον*. Veteres quoque sedulo adnotarunt, quotiescunque terrae motus, lapidum pluviae et alia terriculamenta, pestes comitantia deorum iram simul manifestarint. Coeli signis, inprimi Cometis, pestes (in his et Atticam illam) cieri vel praesagiri Manilius canit (Astronomicon l. I. vs. 892):

. . . cum mundus et ipsa
Aegrotet natura novum sortita sepulchrum.

6) Plinius (Nat. H. XXVI. 6) cum novos, eosque contagiosos morbos in Italia apparentes memorat, quid, exclamat, hoc esse dicamus, aut quas Deorum iras? Bene notat Heyne (progr. de febribus epidemicis Romae falso in pestium censum relatis. Gottg. 1782 fol. p. 4.

Apollo, Diana et Minerva, quamvis hi quoque

etiam recus. in ejus opusc. vol. III.) "Etsi, quod ad religiones spectabant morborum notationes, in Pontificum annalibus una cum prodigiis prodigiorumque procuratoribus pestilentiae accurate suis annis adscriberentur, non tamen expectari poterat, ut de earum natura, ortu ac progressu, aliquid diserte et docte memoriae mandaretur. Hoc enim erat illud, quod antiquitatem omnino ab subtiliore naturae, adeoque et morborum cognitione revocavit et retraxit, quod ea, quae ad interiorem ejus notitiam spectabant, inprimisque quae ab solenni rerum cursu recedebant, ad religiones metumque deorum referebantur." Rara vestigia politiae medicinalis apud Romanos investigata et collata sunt a J. Binder, comment. de Politia veteris urbis Romae. Gottingae 1791. 8. Cap. II. §. 7. et C. Heubach de pol. R. ib. e. a. 4. §. 22). Cum Romae aliquando tanta pestilentia esset, ut vehiculis cadavera exportarentur, tunc Antonini leges sepeliendi sepulcrorumque asperrimas sanxerunt. Vid. J. Capitolin. in vita Antonin p. 28 ed. Salmas.

7) Hunc deum significasse videntur tribuni plebis, qui cum in senatu decretum esset, ut colonia mitteretur Velitras, quam urbem pestilentia depopulata erat, plebem sermonibus excitarunt, eam objectum iri aëri pestifero sub deo infesto (ἀλλοτρίῳ δαίμονι καὶ παλαμναίῳ συνοικισομένους Plutarch Coriolan. p. 219. D. ed. Fcf.)

Et Astrologi posteriores conjunctioni Martis et Saturni pestilentias adscripserunt v. Alex Benedicti de observatione in pestilentia cap. 1. et fusius A. Kircher scrut. pestis. Romae 1658. p. 80.

ut vindices [8]) ad propulsandum Martem, pestilentiae auctorem, invocabantur. Quin etiam solis defectionibus pestilentias contrahi creditum est [9]), a

8) Τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι ap. Sophocl. Oed. Tyr. vs. 136. ed. Erf. Inprimis Apollo ob hanc virtutem ἀλεξίκακος, ἐπικούριος, λοιμιὸς παιὼν ἀκέσιος, ἀποτροπαῖος, ἰατρὸς et οὔλιος a Graecis celebratus est. Cf. C. A. Schoenke de peste Periclis aetate Athenienses affligente. Lpsiae 1821. 4. p. 17. et O. Müller Gesch. hell. Stämme. Dorier II. p. 296. Lucianus (Alexander c. 36. p. 243 ed. Reitz.) narrat, multos qui hoc versiculo: Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει, domibus inscripto, se a peste defensos crederent, omissa victus cura, interiisse.

9) Plin. (XXXVI. 27.). Apud J. Capitolinum (vita imperatoris Veri §. 38. ed. Salmas.) narratur: militem forte de templo Apollinis arculam auream incidisse et inde spiritum pestilentem evasisse, quam luem imperator Romam usque deferre videretur. Similiter Ammian. Marcell. XXIII. 6. p. 293 Ernest. — "ex adyto quodam concluso a Chaldaeorum arcanis labes primordialis exsiluit, quae insanabilium vi concepta morborum, ejusdem Veri Marcique Antonini temporibus, ab ipsis Persarum finibus adusque Rhenum el Gallias cuncta contagiis polluebat et mortibus."

Philostratus in vita Apollonii Tyanensis (IV. 3. p. 142 et VIII. 5. p. 325. ed. Ol.) tradit, hunc philosophum potuisse pestes praesagire. Eodem modo Palamedes (apud Const. Manassis Compend. chron. p. 22. Scr. Byz. vol. XII.) προέγνω του λοιμοῦ τὸ βέλος τὸ πυρφόρον.

multis animalibus eas praesagiri[10]), et spectra ante domos eorum apparere, quos pestis afflictura[1]) esset. Cum Christiana fides sensim sensimque superstitiones credulae vestustatis amoveret, non tamen continuo in hac re clariorem lucem in hominum animos infundebat. Primis enim temporibus victricis hujus religionis, quaevis pestis ab Episcopis ut poena supremi numinis iraeque ejus ultricis declarabatur, et medici, qui alias causas

---

10) Aelian H. An. VI. 16. *Λοιμοῦ μέλλοντος ἐπιδημεῖν αἰσθητικῶς ἔχουσι κύνες, καὶ βόες, καὶ ὗς, καὶ αἶγες, καὶ ὄφεις, καὶ ζῶα ἄλλα.* Alia loca vide ap. Timmermann, de daemoniacis evangeliorum Rintelii 1786. 4. p. 31.

1) Ejusmodi historia occurrit apud Gregorium Nyssenum (vit. S. Gregor. p. 577. ed. Paris. vol. III. fol.): *τοῦ φάσματος πρὸ τῆς ἐσομένης τῷ οἴκῳ διαφθορᾶς προφαινομένου.* (Ibidem pestis cum igne concinne comparatur: *ἐνσκῆψαν γὰρ ἅπαξ τοῖς ἀνθρώποις τὸ πάθος, θᾶττον ἢ κατ' ἐλπίδας διεξῄει πυρὸς δίκην τοὺς οἴκους ἐπιβοσκόμενον*). Singularem opinionem in magna illa peste, quae sub Justiniano accidit, invaluisse, tradit Joanes Episcopus (in Assemanni Bibl. orient. II. p. 86. ed, Rom.), homines fugientes a spectris in domos infectas retractos fuisse, et rumorem fuisse per urbem dissipatum, projectis e sublimi in terram amphoris pestem extinctum iri, quamobrem omnes amphoris projiciendis intentos fuisse. Visos quoqne esse narrat daemonas per urbem discurrentes sub specie Monachorum et Clericorum.

quaesitabant, atheismi crimine notabantur [2]). Haec vero mala aëris ope a Deo immitti statuerunt, sive ut Almunar ait "sola influentia vel aëris corruptione", et haec persuasio adeo firmiter tamque diu obtinuit, ut, cum morbus gallicus adpareret, idem scriptor [3]) asseveraret: "per illam causam evenisse eum, pie credendum esse in religiosi" [4]).

---

2) Procopius (de bello pers. II. 22) ingentis pestilentiae nullam aliam afferre poterat causam πλήν γε δή ὅσα ἐς τὸν Θεὸν ἀναφέρεσθαι. Theophylactus in Matthaeum Comment. cap. 24. p. 129 D. opp. T. 1. ed. Venet. fol λιμοὶ δὲ καὶ λοιμοὶ, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἤ ἀπὸ Θεοῦ πάντως; Lactantius (instit. II. 1.): "si morborum pestifera vis incubuerit . . . ad deum confugitur, a deo petitur auxilium." — Creditum etiam est: appropinquante fine mundi [praeter alia horrifica] pestilentiam eventuram" vid. Gregorii Papae Epistol. l. X. ep 63. p. 227. T. VIII. ed. Venet. Sed tamen, cum pii et impii promiscue contagiosis morbis vexarentur, haec opinio multis anceps videbatur. Anastasius (quaest. CXIV. p. 558. Ingolst. 1617. 4) ait: τῶν θανατικῶν λόγος, καὶ τὸ τούτου μυστήριον, βαθύ καὶ δυσκατάληπτον, καὶ ὀλίγοις χωρούμενόν ἐστιν. Hoc ab editore Gretser sic vertitur: Quaestio de causis contagionis ardua est, comprehensu difficilis, paucisque pervia." Agathias (Hist. II. p. 28. ed. Venet. Script. Byz.) pestilentiae, quae Alemannos invaserat, non naturales causas fuisse asserit; ἦν δὲ ἄρα οἶμαι ἡ ἀδικία, καὶ τὸ περιυβρίσθαι πρὸς αὐτῶν ἀφειδῶς τά τε θεῖα καὶ ἀνθρώπεια νομιμά.

3) De morb. gall. II. fol. 44. b. Pav. 1516.

4) Hujus morbi historia luculentissimum praebet exemplum, quam facile possit novae affectionis

Hinc factum est, ut plurimae medelae, quas prisca gens mortalium contra tales morbos adhibebat, eo tenderent, ut iram supremi numinis expiarent vel resciscerent, quo modo id possit effici [5]). Igitur piacula faciebant, supplicationes ad omnium deorum aras et lustrationes instituebant; Apollini, Aesculapio, Saluti aliisque Diis nova sacra vel templa vovebant, oraculorum responsa sciscitabantur, insomniorum praesagia et visa exspectabant, ad libros Sibyllinos aliaque hujuscemodi

---

vis contagiosa aut sedulo negari aut variis praetextibus dissimulari. Quum enim promiscue reges et achivi, monachae et monachi, castitatis voti damnati, novo malo plecterentur, mirum est, quot et quam singulares ejus causas initio inculparint: aëre esse eum importatum, humorum acrimonia, veneno menstruali, semine detento conflatum, vel adeo fatigatione et laboribus nimiis excitatum (cf. Hensler Lusts. I. p. 150. 230. 261. 304. Excerpt. p. 91. Magninus regimen sanitatis Argentorati 1503. 4. P. 2. c. 6. ait: "Ex spermatis detenti corruptione totum corpus corrumpitur . . . se habet ad modum veneni."). Impuri concubitus contagioni malum utplurimum deberi, longo tempore post vix omnes consenserunt.

5) Carthaginienses "cum inter cetera mala etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione, et scelere pro remedio usi sunt: quippe homines ut victimas immolabant; pacem deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita dii rogari maxime solent." Justini l. XVIII. c. 6. p. 443. ed. Gronov.

modi confugiebant [6]), nec minus cantu [7]) et incantationibus [8]) malum sublatum iri sperabant. Quo-

---

6) Cf. de his omnibus simul Sprengel I. 3. p. 263. Schulz Hist. med. Per. II. cap. 6. 3. Sic exempli gr. quum pestis Romae saeviret (Liv. X. 47.): "Libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur Inventum in libris, Aesculapium ab Epidauris Romam arcessendum." Haec remedia ridet Augustinus de civitate dei III. 17. p. 60 vol. VII. ed. Antwerp. fol. Orosius (Histor. III. 4. p. 152. ed. Fabr.) ubi narrat: "quibus ceremoniis Romani placuerint deos, et sedaverint morbos, cum pestilentia in dies crudesceret" non inepte hoc adnotat: "Auctores suasere pontifices, ut ludi scaenici diis expetentibus ederentur: et ita pro depellenda temporali peste corporum arcersitus est perpetuus morbus animorum." Pausanias tradit (Boeot. IX. 22. p. 752 ed. Kuhnii) Tanacreos Mercurio statuam posuisse, arietem humeris portantem, dicentes *ὡς ὁ Ἑρμῆς σφισὶν ἀποτρέψαι νόσον λοιμώδη περὶ τὸ τεῖχος κριὸν περιενεγκών.*

7) Plutarch. (de Musica p. 1146. B. ed. Frcf. fol.) ait: *Θαλήταν τὸν κρῆτα φασὶ κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίους παραγενόμενον, διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην.* Et apud Homerum (H. I. 472 seqq.) Graecos musica pestem depulisse.

8) His etiam medici efficacem vim tribuebant. Alex. Trallianus (IX. 4. p. 538. ed. Basileae. 8. haec de se confitetur: *ἔνιοι γοῦν οἴονται τοῖς τῶν γραῶν μύθοις ἐοικέναι τὰς ἐπῳδάς, ὥσπερ κἀγὼ μέχρι πολλοῦ· τῷ χρόνῳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἐπείσθην εἶναι δύναμιν ἐν αὐταῖς.* Apud Clem. Alexandr. (Strom. V 8. p. 674. ed. Pott.) incantationis formula extat *Βράγχου τοῦ μάντεως, Μιλησίους καθαίροντος ἀπὸ λοιμοῦ.*

niam vero pestifera germina ex nocivis terrae aquarumque effluviis [9]) orta in aëre solum suspensa teneri credebant, ignibus accensis sulphuris fumigationibus [10]), suffimentis fragrantibus, unguen-

---

9) Philo (de Mundo. vol. II. p. 620. ed. Mang.) nil aliud dicit λοιμὸν εἶναι πλὴν αέρος θάνατον. Pallad. Rutilius (de re rust. l. 1. 7. p. 24. vol. III. ed. Bip): Si vicinus est fluvius, ubi statuimus fabricae sedem parare, ejus debemus explorare naturam, quia plerumque quod exhalat, inimicum est, a quo, si talis sit, conveniet refugere conditorem. Palus tamen omni modo vitanda est, praecipue quae ab Austro est vel Occidente, et siccari consuevit aestate propter pestilentiam, vel animalia inimica, quae generat." Vitruvius (de archit. cap. 4. p. 22. ed. Neap. fol.): "Cum aurae matutinae cum Sole oriente ad oppidum pervenient, et iis ortae nebulae adjungentur, spiritusque bestiarum palustrium venenatos cum nebula mixtos inhabitorum corpora flatus spargent, efficient locum pestilentem." Similiter Isidorus: (Etymol. l. XIII. p. 18. ed. Arevali. IV.) "sicut auster pestilentiam gignit, sic aquilo repellit." Et sic alii sexcenties. Cf. Bernard ad Nonum (Epit. 143. I. p. 447); nec minus Ammianus Marcellinus l. XIX. c. 4. p. 165. ed. Gronov. fol.

10) Hae jam antiquissimis temporibus in usu erant. Eustathius ad Homeri Odysseam (XXII. 493.

"Ηνεγκεν δ᾽ ἄρα πῦρ καὶ θήϊον. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Εὖ διεθείωσεν μέγαρον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν T. III. p. 1934).

Θέειον δὲ, θυμιάματος εἶδος καθαίρειν δοκοῦντος τοὺς μιασμούς.

Tum et alia suffimentorum genera enumerat, et addit: οἱ περὶ τὴν τοιαύτην, τέχνην καὶ μάλιστα

tis [1]), vino aut aceto sparso [2]), lavacro [3]) et similibus aut illum purgare [4]), aut sese singuli tutari

---

οἱ τὰς πόλεις καθαίροντες Φαρμακοὶ καλοῦνται. Apollo etiam vocatur in Aeschyl. Eumen. vs. 62. δωμάτων καθάρσιος.

1) Herodian. De gravi peste sub Imp. Commodo (Hist. lib. I. c. 12. T. I. p. 480. ed Irmisch) Κελευόντων τῶν ἰάτρων μύρου εὐωδεστάτου τάς τε ὀσΦρήσεις καὶ τὰ ὦτα ἐνεπίμπλασαν, θυμιάμασί τε καὶ ἀρώμασι συνεχῶς ἐχρῶντο. Pestem hanc, quam etiam Galenus memoraverit, contagiosam fuisse suspicatur Hahn: Carbonis pestilentis veri monumenta antiqua p. 58.

2) Lucian in Scytha T. IV. p. 146. ed. Bip. narrat, Scytham Zamolxin ad sedandam pestem Atheniensem (τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν) eo contulisse, quod suaserit urbis vicos multo vino perfundere (ἣν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι). — In eadem peste Hippocratem ipsum consuluisse comburere serta floresque suavissimos (στεΦάνων τε καὶ ἄνθων τὰ εὐωδέστατα) et unguenta pinguissima et odorifera ipsis superfundere, tradit Galenus, de ther. ad. Pison. cap. XVI. p. 955. T. XIII. ed. Chart. In pestilentia domus quotidie aceto rorandas, sandalis et camphora suffumigandas esse suadet Rhazes, de re med. lib. IV. cap. 25. ed. Basil. fol. p. 106.

3) Antiquissimum exemplum in Homero (Jl. 1. 313) extat:

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Ibid. Eustathius p. 108. proverbii meminit: θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. Alterum et insignius exemplum supra p. 107. ex Ammiano Marcellino prolatum est.

4) M. Ter. Varro, ubi varia genera corrigendi aëris enumerat (de Re rust. L. I. c. 4. p. 101. ed.

studebant. Judaei solum et Persae propriis legibus et institutis homines lepra infectos ab hominum commercio excludebant [5]). Tiberius, qui edicto oscula quotidiana propter contagionis mentagrae periculum vetabat [6]), aemulos imperatores non videtur invenisse [7]), et C. Aurelianus consilium eorum medicorum, qui homines, contagiosis morbis laborantes, a societate sanorum amovendos censebant, contra medicinae humanitatem esse [8]) judicavit. Non itaque mirandum est, quod gravissimae pestes continuatis vicibus, cum tot millium strage, omnium medicorum religionumque remedia eludentes, et cum desiisse viderentur, acerbius reversae, populos antiquos tam saepe vexaverint. Posterioribus temporibus eaedem qui-

---

Bip.), Romanum ducem Varronem pestem, refert, sedasse Corcyrae "immisso fenestris novis aquilone, et obstructis pestilentibus."

5) vid. supra p. 48 et 49.

6) vid. supra p. 104.

7) Zacchias: quaest. med. leg. 187. 30) haec scribit: "Balneis porro, si quae publica extant, interdicere Magistratus oportet, cum qui iis utuntur pestem facillime concipiant." Tum praeter aliquos recentiores auctores et Rhazem (30 contin. tract. 13. cap. 1.) hujus sententiae testem laudat. Sed in hoc nil ejusmodi adhuc invenire potui. Itidem frustra quaesivi Galeni locum (Epidem. III. 1.) ubi Massaria (opp. med. fol. p. 542) legi ait: "vestes inprimis sericeas hominis peste mortui perfecte debere mundari, ut ab omni putredinis et contagionis periculo liberentur."

8) vid. supra p. 108.

dem causae eademque solamina quaeritabantur [9]); sed tamen sensim sensimque, quod pauci prius et timide [10]) indicaverant, nunc vulgo intelligere homines coeperunt, morborum pestilentium semina non solum in aëre concepta et diffusa corpora invadere, sed etiam ab aegrotorum vicinitate vel contactu transire ad sanos [1]). Primum igitur

9) In ea peste, quam Procopius et Evagrius enarrarunt, ad expiandam viam divinam nova festa et monasteria vovebant. Vid. Pagi critic. in Baron. annal. a. 544. n. 7. p. 578.

10) Nec recentior aetas exemplis ejusmodi timoris caret, et haud raro ab ea dissidium medicorum proficiscitur de morbi alicujus contagione. Septalius, qui in peste Lombardiae a. 1629 alios aliter statuisse ait, se autem pestem esse proclamantem lapidibus ab insolente desperabundaque plebe, fere obrutum fuisse, memoriae prodidit. Vid. de Haen rat. med. vol. XIV. p. 229. Et simili modo Ant. Canestrinus (pestis diagnos. Salisb. 1795. 8. p. 4. et 7) narrat medicum, qui primum morbum a. 1770 in Hungaria superiori grassantem pestem esse declarasset, non solum a populo, sed et a supremo tunc temporis armorum sanitatisque praefecto contumeliis et diris calumniis impetitum fuisse, adeo, ut ipsum usque patibulum ei minitaretur.

1) Perquam digna lectu sunt, quae hoc respectu collegerunt et explicarunt Zacchias, (quaest. med. leg. lib. III. tit. 3. Avenione fol. p. 174.) Hensler, Lusts. I. p 160 et Sprengel, Gesch. II. 3. p. 520. Leprosis (misellis) solitariae casae, quas cucurbitas, mansiones s. stellas vocarunt, seorsim in agris aedificabantur (hinc eorum nomen apud Germanos "Sonder-siech" Grimm

leprosos et qui similibus morbis polluti erant, secernebant et custodiebant [2]); dein, ubi luis venereae contagiosa vis, peculiari materiei adfixa, extra dubium collocata erat, multis ei legibus praecautum [3]) est. Initio tamen saeculi decimi quinti Venetiani, usu edocti, merces quoque pestis contagium concipere et id ex peregrinis terris importare, curam publicam imposuerunt [4]), quam custodiam quadraginta dierum, tempus quadragesimale, quadragenam, (Quarantaine) vocant. Haec paullatim ab omnibus Christianis civitatibus, quae ad mare, vel alia, incuria harum rerum periculosa regna, attingunt, recepta, Europam a pestium furore tutam et paene securam reddiderunt.

---

der arme Heinrich p. 162) et ii, quos hujus morbi suspicio tenebat, severo examini subjiciebantur. Vide tale examen authoris innominati in Gesneri script. Chir. opt. Tiguri 1555. fol. p. 392.

2) Cf. Astruc, de morb. ven. Lut. Paris. I. 58.

3) Topografia Veneta ovvero Descrizione dello stato Veneto. Venezia. 1786. T. III. p. 263. "Il Lazaretto vecchio, isola, l'anno 1422 fu dal Senato giudicata opportuna ad accogliere le persone, e le merci che venivano da' paesi marittimi, onde colà restassero finchè fossero giudicate non infette di peste, o d'altro mal contagioso."

SECTIO QUARTA.

Vocabula a Graecis et Romanis de contagio et contagiosis morbis usurpata.

Non alienum a nostro consilio visum est, eas voces, quibus veteres scriptores ad designandam contagii vim vel praesentiam usi sunt, collectas ante oculos ponere. Ita enim optime intelligi potest, quam trita et usitata apud eos hujus rei vel cognitio vel suspicio fuerit. Sicubi scriptoris alicujus locus, ex quo vocabulum desumtum est, jam supra Sect. II. obvius fuit, auctoris solum nomen adpositum est. Haec vocabula autem trifariam possunt dispesci; aut enim

1) morbum aliquem significant, qui ab uno ad alterum transit; aut 2) materiem, qua morbi venenum ad alterum transfertur, aut 3) actionem ipsam, qua communio et infectio fieri solet.

Hanc divisionem secutus ipsum recensum tripartitum feci; neque excludendas esse putavi nonnullas loquendi formulas, quae a morbis ad mores metaphorice translatae sunt.

I. Voces, quae morbos in universum designant.

Labes. Concilium populi labes horrenda diremit. Seren. Sammon. de morb. comit. c. 57. v. 1018. Contagio dabit labem in plures Juvenalis.

Lues. Dira lues vitiaverat auras. Ovid. Met. XV. 626. Ut eos ludos haec lues impura pollueret. Cic. de Harusp. resp. 12.

Pestilens. Domum pestilentem vendo. Cic. de offic. III. 55. Isidorus de diff. verb. ed Arevali. T. V. p. 55. "pestis ipsum est nomen morbi. Pestilentia vero id, quod ex se efficit. Pestilentiae autem tres modi sunt; aut ex terra, aut ex aqua, aut ex aëre."

Pestilentia. Livius. "Differt a peste, quae est generale nomen, et non solum de morbis, sed de quacunque clade, malo, calamitate, noxa, pernicie usurpatur": Forcellini. Promiscue utraque voce Veteres usos esse probat Becman, Origg. ling. lat. p. 834.

Pestis Gravem populis luem sparsura pestis. Senec. Thest. vs. 88. Nulla tam detestabilis pestis est, quae non homini ab homine nascitur. Cic. de Off. II. 5.

Aegra nova jam peste canis rabieque futura,
Ante fugam totos lustrat queribunda penates.
c. Valerii Flacci Argonaut. l. VII. 125.
Omnes Caphones, omnes Saxae, ceteraeque pestes, quae sequuntur Antonium. Cic. Philipp. 8. 3.

Tabes. Tanta vis morbi, uti tabes, plerosque civium animos invaserat. Sallust. Catil. 27. Tabe pestifera coeli tractus inficitur. Minucii Felicis Octavius cap. 5. 11.

Tabificus. Aër tabificus. Lucan. V. 111. Verminantia corpora lue tabifica. Ammian. Marcellin. lib. XIX. c. 4.

Θανατικά. Anastasius.

Κατάστασις λοιμώδης. Galen. Hippocr. Horapollo.

Λοιμικὴ διάθεσις. Polybius II. 31. 10. κατάστασις. Id. I. 19. 1. περίστασις. Id. VI. 5. 5.

Λοιμός. (quandoque et λιμός) Thucydides. Λοιμὸν ἐνσκήπτειν. Spanh. ad Joseph. Antiqq. Jud. l. VII. c. 13. p. 403. ed. Haverc.

Λοιμώττειν. Galenus.

Νοῦσος λοιμώδης, ἐπιδήμιος, πάνδημος, κοινός, πάγκοινος. Galen. Hippocr.

Singuli morbi et affectus, quos contagiosos esse Veteres tradiderunt.

Anthrax. Rhazes. Apud Hippocratem jam occurrit hic morbus, dicitur quandoque etiam ἀνθράκωσις; etsi, ut bene Foesius in oeconomia meminit, hoc nomine peculiariter carbunculus oculo contingens vocetur. Cum igitur apud Galenum et Paul. Aeg. etiam epidemiae anthracum obviae fiant et Eusebius (Hist. IX. cap. 8.) in

ejusmodi epidemia multos mortales luminibus orbatos fuisse narret, hinc Hahn (Variol. antiqq. p. 55 et Carbo pestilens a carbunculis s. variolis veterum distinctus p. 31.) sibi variolarum vestigia perspexisse visus est.

Apostemata putrida. Avicenna. A Kircher (scrut. pestis Romae 1658. p. 188) ait "Apostemata sordida, excrementitia quadam, malignâ, virulentaque materiâ tumida, anthraces, carbones bubonesque pestiferi passim vocantur."

Arthritis haereditaria C. Aurelianus.

Bubo. Agathias. Avicenna. Evagrius. Pollux.

Carbunculus. Plinius. Werlhof (disquis. med. et philol. de Variolis p. 116) carbunculum Plinii cum morbis recentioris aevi comparat, et ex Borello (obs. cent. 2. 12) adnotat, Castris, Galliae narbonensis urbe, adhuc morbum extare similem illi, qui contagione ab ovibus ad homines transeat.

Colica. Avicenna.

Comitialis morbus. Plinius.

Elephas, Ἐλεφαντίασις. Aretaeus, Paulus Aegineta, Cael. Aurelianus, Plinius.

Hydrophobia, λύσσα. Tota Antiquitas. Notatu dignus est locus Plinii, quia opinionem continet, quae fere ad nostram aetatem apud multos valuit (lib. XXIX. c. 5) "Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis lytta, quo exemto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt."

Ignis sacer. Columella, Virgilius. Celsus V. 28. sect. 4. de igne sacro agit, nulla tamen contagionis mentione facta. Hensler autem (progr. de herpete Veterum. Kiloniae 1801. 8. p. 14 et 25) comparato illo morbo cum aliis cutis affectionibus, quas Veteres descripserunt, contagiosum illum fuisse colligit, inquiens: "haec omnia (signa) qui probe considerarit, meminerit-que . . . causam morbi inexplicabilem visam esse,

vix quemquam esse credo, cujus animum labis venereae aliqua suspicio non subierit."

Ileus. Avicenna.

Incubus s. Incubo. Caelius Aurelianus.

Lepra. Tota antiquitas (haereditaria. Avicenna). Vix est ulla corporis affectio, in cujus contagiosa vi Veteres aeque ac recentiores magis consentiant, quam in hac. Nec inepte eam Rob. Fludd fontem omnium morborum contagiosorum appellat, et similiter Sprengel: "es gibt eine grofse Familie unreiner Uebel, deren Stammmutter der Aussatz ist." (Auszug aus der Gesch. der M. p. 338. cf. etiam Gesch. II. ed. 3. p. 705).

Lienis affectiones. Horapollo. Nuperrime J. H. Locher (d. inaug. exhibens magnum lienis in hydrophobia momentum. Gott. 1822. 4.) probatum ivit certissimum rabiei caninae signum in exanthemate vesiculoso lienis reperiri.

Lippitudo, Ὀφθαλμία. Aristoteles, Avicenna, Galenus, Plutarchus, Rhazes. His Veterum locis itidem contagiosae ophthalmiae aegyptiacae admonemur, de qua recenti tempore multum disputatum est. Yeats (some obs. on the opinions of the Antients resp. Cont. (the Journal of Sc. and the Arts vol. 7. 1819. p. 130): "The Public are well acquainted with the discussion which has taken place respecting the contagion of that species of ophthalmia, which so sorely afflicted our army in Egypt."

Lues. C. Aurelianus.

Malleus. Vegetius.

—	articularis	Gliederkrankheit.
—	elephantiasis	Aussatz.
—	humidus	profluvium atticum.
—	farciminosus	le farcin, der Wurm.
—	siccus	id. aridus morbus, suspirium, le soupir.
—	subrenalis	Lendenweh.
—	subtercutaneus	scabies subtercutanea, Raude.

Mania. Vegetius. (Wuth, dummer Koller).

Mentagra. Plinius, Suetonius. Hoc vocabulum joculari usu primum a Romanis adhibitum fuisse adnotat Plinius. Joci quaedam imitatio in ea voce inest, quam pro morbo gallico (paullo post quam apparuit, 1503) usurpavit Jos. Grünbeck in libello de Mentulagra.

Morbilli. Avicenna, Rhazes. Hunc morbum, quem Arabes clare et distincte descripserunt, sub illis cutis affectionibus, quas Hippocrates voce *ἐξανθήματα* saepe nominat (vid. Foesii Oecon. v. *ἐξανθεῖν*) latere, fortasse non absque ratione conjicit Vallesius Comment. in VII. libros H. de morb. pop. p. 26. e. libri primi sect. 2.

Morbus alienatus. s. Orobus. Vegetius.

Pestis s. febris pestilentialis. *Λοιμὸς*, *Πυρετὸς λοιμώδης* Appianus, Aretaeus, Avicenna, Diodorus Sic., Dionysius Halic., Galenus, Livius, Paulus Aegineta, Rhazes, Thucydides, al. Veteres quosvis morbos, qui multos homines absumerent, pestis nomine designasse, jam Galenus animadvertit. Igitur anne aliquis morbus pro vera peste declarandus sit, ex signis ejus probandum est. Cf. Heyne, pr. de febribus epidemicis Romae falso in pestium censum relatis et Heeren, Ideen vol. II. p. 271. Morbum a Thucydide descriptum veram pestem bubonicam non fuisse jam Hallerus (Bibl. med. pr. T. I. p. 102) et Scuderi (de Variol. T. I. p. 74) opinati sunt. Scarlatinam fuisse conjunctam cum angina maligna conjecit Malfatti (Reil, Fieberl. T. V. p. 97); scorbuti genus Poupart (Mem. de l'acad. roy. de Paris. A. 1699. p. 1691); singularem et unicum morbum "entirely unlike what we understand by the plaque, or any other known existing disease." Gilbert Blane (Transact. of a soc. for impr. of. m. knowl. Vol. III. p 436 et similiter in ejus Select. dissertations, p. 212.) febri flavae similem neque contagiosum E. H. Smith (in the med. reposit. I. New-York 1798.

p. 38), quem optime refutavit doctus censor in the American med. et philos. Register Vol. III. New York. 1814. p. 60. Ast typhum contagiosum fuisse multis argumentis evincere studuit A. Wawruch, Antiqq. Typhi cont. tent. inaug. philologico-med. Viennae 1812-4. Τῦφος Veterum longe alium a nostro morbum fuisse Sprengel (Gesch. I. ed. 3. p. 510) contendit. Sed conf de typho Hippocratis Selle, rudimenta pyretologiae ed. 3. p. 329.

Phthisis. vid. Tabes.

Podagra haereditaria. Avicenna.

Pustulae malae. Avicenna, Rhazes.

Scabies, Ψώρα. Aristoteles, Avicenna, Galenus, Rhazes. Hensler (Lustseuche I. p. 97) recte observat, Veteres sub voce scabiei non solum quem nos sic vocamus morbum, sed varia et multo pejora cutis vitia esse complexos.

Tabes, φθίσις, φθόη. Aristoteles, Galenus, Plutarchus. haereditaria. Avicenna. Quamvis Veteres sub his vocabulis majorem ambitum morborum comprehenderint, vix tamen dubium est, quin solum phthisin purulentam inter contagiosos numerarint. Ideo mirum est, quod Hallerus dicit (biblioth. pract. I. p. 522) "phthisin contagium habere primus, ut puto, Fracastorius vidit."

Tinea naturalis haereditaria. Avicenna.

Ὕδερος. Plutarchus.

Variolae. Avicenna, Rhazes. Arabistas quoque variolas et morbillos contagiosas habuisse, observat Gruner (de variolis et morb. fragmenta medicorum Arabistarum. Jenae 1790. p. 108 et 110).

Vitiligo. Avicenna. Celsus l. V. 19. p. 308 ed. Targae. Argent. ait: "Vitiligo, quamvis per se nullum periculum affert, tamen et foeda est, et ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species sunt, Ἄλφος, μέλας et λευκή.

II. Materies.

Contagiosus. Vegetius Renatus.

Contagium. Columella. Livius. Lucretius. Plinius. Contagiis polluere. Ammianus Marcellinus. Contagium morbi in alios vulgatum. Curtius Rufus. Foedi contagia morbi. Silius Pun. XI. 13. Quumque ei carnifex manum daret, aversata est, et resiluit: foedumque contagium quasi plane a casto puroque corpore novissima sanctitate rejecit. Plinius. ep. IV. 31.

In coelum, patremque redis, rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris. (de Christo) Cl. Claudianus Epigr. XCVIII. 25.

"Contagium proprie est cohaerentia plurium rerum sese invicem tangentium, tum in bonam tum in malam partem. Festus docet Contagionem dicendum esse, non contagium. Marius quoque Victorin. l. I. p. 2469. ed Putsch tradit, contagio scriptum esse apud omnes fere Veteres, et poetarum licentiam primo fecisse contagia, postea dici coepisse etiam in singulari contagium. Contra Charis. l. I. p. 54. scribit contagium Veteres magis usurpasse, quam contagionem: si modo hoc in loco mendum aliquot non latet. Ego scriptorum probatorum usum frequens, Grammaticos homines nihil moror" Forcellini.

Morbida vis. Lucretius. Vis morbida vincitur. Severus Sanctus, de m. b. vs. 132.

Pestilitas. Lucretius.

Virus. Celsus.

Ἀλίσγημα. *Ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων.* Actor. Apost. XV. 20. h. e. ut Hesych. explicat: *τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν*, ut Cyrill. Lex. *μιασμάτων.*

Ἀπόκρισις νοσερή. Hippocrates. "Quid quaeso ait I. P. Reichard (diss. de Contagio praes. R. G. Crausii Jenae 1712. 4. §. 15.) ν. α. in aere aliud medicinae proceribus est, quam prava exhalatio, morborum epidemiorum mater, et contagii seminium".

Ἀποῤῥόη. Plutarchus.

Ἀποφορά. Horapollo.

Δηλητήρια. Synesius.

Μίασμα. Hippocrates. Sophocles.

Προςτροπή et προςτρόπαιον pro μίαςμα et ἄγος apud Synesium, epist 44. p. 199. et itpp. ad Thom. Magist. p. 756 ed. Bern.

Ὑπέκκαυμα. Aristoteles.

Φάρμακα δηλητήρια. Dio Cassius.

III. Actio.

Afferre. tabem. Columella.

Avertere. pestem. Cicero. Livius.

Coinquinare. Columella.

Confici. contagione. Caelius Aurelianus.

Contactus. Vulgati contactu morbi. Livius. Contactus aegrorum vulgat morbos. Idem.

Contages. Lucretius.

Contagio. Vexare, labefacere, prosternere contagione. Columella. Contagio vulgat morbos. Livius. Conficere, sauciare contagione. C. Aurelianus. Contagionem spargere in plurimos. Vegetius. Post, ubi contagio quasi pestilentis invasit. Sall. Catil. 10. Falsi sanguinis sordida contagione inquinari. Valerius Max. l. IX. c. 15. p. 871. ed. Leid. 1726.

Contagiare. Rex Lotharius cum suis omnibus subita aura contagiatus atque plagatus est. Acta S. Deicolae Abb. saec. 2. Benedict. p. 115. (Dufresne).

Contaminare. Grex morbo contaminata. Horat. Od. I. 37.

Contingere. Velut contacta civitate rabie duorum juvenum. Livius IV. 9.

Deferre. luem. Capitolinus.

Importare. contagionem. Plinius.

Infectus. Seneca. Nude; pro lepra, vel peste affectus. Instr. an. 1297. (Carpentier glossar.) Qui (rivus) caput facit in strata prope domum Infectorum.

Inficere. Veneno infectus. Virg. Aen. VII. 341. Bos infectus contagio. Act. S. Quirin. Mart. II. 42. (Dufresne).

Inquinare. Seneca. Aquam venenis inquinare. Ulpian. Dig. IX. tit. 2. leg. 27.

Invehere. tabifica vitia. Seneca.

Labefacere. contagione caeteros. Columella.

Penetrare.

Quare animum quoque dissolvi, fateare necesse est,
Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.
Lucretius III. 470.

Polluere. Anguis, cruore suo gurgitibus imbutis. corporisque jacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana summovit castra. Valerius Max. l. 1. c. 8.

Prohibere. contagia. Plinius.

Prosternere. contagione. Columella.

Regerere contagia. Plinius.

Replere. vi morbi. Livius.

Sauciari. contagione. Caelius Aurel.

Spargere. contagionem. Vegetius Ren.

Tangere. pestiferos artus. Silius Ital.

Tenere. Pestis te tenet. Plautus.

Trahere. secum. Livius.
Transferre. perniciem. Columella.
Transilire. Vitia transiliunt. Seneca.
Transire. ad plures. Isidorus. in plures. Vegetius. in proximos. Idem.
Transitio. transitione nocere. Ovidius.
Transitus. osculi. Plinius.
Vexari. contagione. Columella.
Vitare. contagia. Ovidius.
Ἁλίσκεσθαι. Aristoteles. Dionysius. Evagrius. Galenus.
Αναπιμπλάναι. Cedrenus. Thucydides. (vocabulum usitasissimum pro inficere contagione) *Ἀναπίμπλασθαι φθορᾶς ἀπ' ἀλλήλων.* Plutarchi Pericles p. 660.
Ἀναφύρειν. Geoponica.
Ανάχρωσις. Plutarchus.
Ἀπολαύειν. Aristoteles.
Ἀποῤῥοή. Plutarchus.
Ἀποφορά. Horapollo. *ὀλέθριος* Strabo Geogr. L. XIII. p. 580. B. ed. Casaub.
Ἅπτεσθαι. Plutarchus.
Βαφή. Aretaeus.
Διαβαίνειν. Gregorius Nyss.
Δίαδοσις. *Τὴν ἀῤῥωστίαν ἐκ διαδόσεως ἐμποιεῖν.* Gregorius Nyss. Eusebius.
Διαρπάζεσθαι. Diodorus.
Ἐκκαλεῖσθαι. *Καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὴν αὐτὴν νόσον.* Theodoretus.
Ἐπισπᾶσθαι. *νόσον.* Cedrenus.
Ἐυμετάδοτος. Paulus Aeg.
Ἐφέλκεσθαι. Gregorius Nyss.
Μεθίστασθαι. Plutarchus.
Μεταβαίνειν. *ἀπὸ τῶν ἀσθενούντων τὸ πάθος πρὸς τοὺς ἐνεκτοῦντας μεταβαίνει.* Gregorius Nyss.
Μεταδιδόναι. Cedrenus. Evagr. Panlus Aeg. Suidas. Theodoretus.
Μετάδοσις. Aretaeus.
Μεταλαμβάνειν. Cedrenus. Dionysius Hal.
Μετάληψις. Evagrius.
Μετεχειν. Appianus.

Μόλυσμα. τῆς ἀῤῥωστίας Gregorius Nyss.

Μολυσμός. Ὁ γὰρ μολυσμὸς διαδόσιμος γίνεται. Synesius Epist. 44. p. 199. μολυσμὸς τοῦ βίου. Gregorius Nyss.

Παράβαλλεσθαι. Inde Parabolani posteriori aevo ii vocabantur, qui sese contagionis periculo objiciebant. Suidas T. III. p. 24. cf Sprengel (Gesch. der Med. ed. 3. vol. II. p. 233).

Περιφέρειν. Appianus.

Προσαναπιμπλάναι. Aristoteles.

Προσάπτεσθαι. Evagrius.

Προσπελάζεσθαι. Plutarchus.

Προσπίπτειν. Galenus.

Φθάνειν. Λοιμώδης τε νόσος ἐπικρατήσασα μέχρι Ρώμης ἔφθασεν. Georg. Syncell. Chronogr. p. 280. D. Script. Byz. ed. Venet. vol. V.

INDEX AUCTORUM.

A.

Abimeron Abynzoahar 118. 119.
Ackermann vid. Ulfers.
Actuarius 78.
Adams J. 4.
Aelian 126.
Aeschylus 131.
Aëtius XII. 51. 76.
l'Affilé, P., 1.
Agathias 66. 87. 127.
Alberti, vid. Koerber.
Alderson J., 3.
Alexander Trallianus 78. 129.
Alpinus 122.
Amelung F. L., 7.
Ammianus Marcellinus 47. 69. 106. 125. 130. 137.
Anastasius 127.
Antrechau. 30.
Antyllus 77.
Apollodorus 50.
Appianus 67.
Aretaeus Cappadox 67. 69. 75.
Aristoteles 60. 62. 85.
Asclepiades 65.
Assemannus 126.
Astruc 134.
Athenodorus 65.
Augustinus 129.
Avicenna 115-119.

B.

Bach F. G., 5. 29.
Baldwin G., 10.
Balme Cl., 5. 7. 126. 29.

Bang 3. 9.
Barchusen 28.
Barfoth 4.
Bartels 6.
Barzelotti 11.
Basilius S., 60.
Bayley 17.
Bazin vid. Affilé.
Becmann 136.
Beckmann X.
Benedicti Alex., 124.
Bernard 130.
Bernhardi 6. 109.
Bernhardus C. G., 6.
Beyer A. G., 5.
Binder J., 124.
Bischoff 12.
Blackburne 4.
Blane G., XIII. 6. 140.
Boehm 3.
Boerner 121.
Borellus 138.
Bose E. G., 3.
Brandis 29.
Brendel 2.
Brera XI 7. 14. 19. 24. 25. 27. 28. 29. 32. 38. 57.
Breton 6.
Bressy 4.
Brodhag G. F., 6.
Brunner 8.
Budaeus G., 8.
Buechner A. E., 2. 9.
Buniva 11.
Burserius 40.

C.

Caelius Aurelianus 107. 132.
Camerarius 2. 37.
Canestrinus 133.
Capitolin 124. 125.
Caron A., 11.
Carpentier 144.
Carrere 9.
Casinelli 5.
Cedrenus J., 58. 88.
Celsus 107. 123. 138. 141.
Chiocco A., 1.
Cicero 47. 136. 137.
Clarke G. H., 10.
Claudianus 142.
Clemens Alexandrinus 122. 129.
Cnoeffelius A., 2.
Columella 98. 106.
le Conte, vid. Dacier.
Cratzmann vid. Sebiz.
Crause R. W., 2.
Crell 3. 30.
Creuzer 50.
Crowther C., 4.
Ctesias 49.
Cunitz A. J., 4.
Curtius Rufus 103.

D.

Dacier J., 1.
Darwin 21.
Davies 47.
Davis J. F., 4.
Day Th., 10.
Democritus 65.
Demonceaulx vid. Pietre.
Diemerbroeck VII. 37. 55. 80.
Dimelius J. G., 2.
Dio Cassius 80.
Diodorus Sic. 57. 58. 63. 123.
Diogenes Laertius 51.

Dionysius Halicarnassensis 53. 62. 123.
Dobrzensky W., 8. 38.
Doemling J., 5.
Dufrèsne 144.
Dzondi 7. 31. 32.

E.

Ebers 12.
Empedocles 51.
Ephorus 58.
Epicurus 90.
Erastus 1.
Escovar 10.
Ettmueller 30.
Eusebius 81. 137.
Eustathius 52. 53. 123. 130. 131.
Evagrius 85. 87. 133.

F.

Fernelius 55.
Ferriar 4.
Finke 38.
Fischer J. A., 2.
— C. A. 11.
Flachsland J. C. 4.
Foesius 137. 140.
Forcellini 136. 142.
Ford J., 3.
le Fort 5.
Fracastorius VIII. IX. 1. 28.
Frank Jos., 72.
Freind 88.
Freytag H., 8.
Fuerstenau J. H., 2.

G.

Galenus 15. 55. 57. 69. 71-75. 77. 80. 105. 112. 131. 132.
Gatterer 122.
Gebel 5. 18.
Gebler 3.
Gehlen 11.
Gericke P., 2.
Gerike J. C., 3.
Gesner 134.
Gilbert 12.
Gimbernat 12.
Glass 52.
Glycas, Michael 123.
Gmelin 20.
Godart 9.
Goeden 7. 30.
Gottschalk vid. Fischer.
Graefe 12.
Gregorius Nyssenus 70. 79. 82-85. 126.
Gregorius Papa 111. 127.
Grimm 133.
Grossi L., 7.
Grünbeck 140.
Gruner 141.
Guani 5.
Gutberlet 11.
Gutfeldt 4. 34.
Guyton Morveau 10.

H.

de Haen 133.
Haffner 6.
Hahn 138.
Haller 140. 141.
Harles 24. 29.

Hartmann 21. 42. 43.
Harty 5.
Haygarth 33.
Hebenstreit 55.
Heeren 140.
Heinrichmeyer 10.
Heinze 35.
Helmontius 26.
Hensler 79. 106. 128. 133. 138. 141.
Herodianus 131.
Herodotus 49.
Hesiodus 50.
Heubach C., 124.
Heydrich, vid. Reil.
Heyne 123. 140.
Hieronymus 60.
Hildenbrand 16. 22. 26. 32. 33. 37. 68.
Hippocrates 51. 53. 55. 67. 79. 80. 131.
Hoffmann J. C., 2. 28.
— M., 8.
Home Fr., 21.
Homerus 52. 53. 129. 131.
Hopf C. G., 11.
Horapollo 45.
Horatius 144.
Horn 42.
Hosack D., 6. 17.
Hufeland 18. 29. 41. 44.

J.

Jackson 7.
Jamblichus 51.
Joannes Episcopus 126.
Johnson P., 6.
Johnstone J., 11.
Josephus 46. 66.
Jouard 5.
Isidorus 111. 130. 136.
Junker J. 2. 9.
Justinianus 110.
Justinus 46. 121. 128.
Juvenalis 103.

K.

Kausch 6. 27.
Kegler C.. 8.
Keraudren 11.
Kircher A., 20. 124. 138.
Kleuker J. F., 49.
Koerber 2.
Kortum C. A., 9.
Kosak F. S., 11.
Kuehn 12.

L.

Lactantius 127.
Lancisius 50.
Larrey 14.
Lasonne 3.
Laubender 4.
Lebenwaldt 8. 26.
Lind 17.
Lindinger 123.
Linne 30.
Lischwiz J. C. 2.
Livius 53. 95—98. 144.
Lobstein 20.
Locher J. H., 139.
Lothus G., 2.
Lucanus 57. 91. 137.
Lucianus 125.
Lucretius 90. 144.
Ludwig 9.

M.

Maclean Ch. VII. 4. 12.
Magninus 128.
Mahomed 70.
Malfatti 140.
Manassis Const. 125.
Manilius 123.
Martialis 104.
Martini M., 8.
Massaria 53. 132.
Mayr C , 11.
Mead 75. 108.
Meister 55.
Menuret J. J., 3.
Mercurialis VII.
Meuder 2.
Mezler 3.
Michaelis 47. 48.
Miller E., 15.
Minucius Felix 137.
Mitchell John VIII.
Mitchill S. L., 4. 10.
Monnier 8.
Moreali 2.
Moses 48.
Moyses Rabi 71.
Mueller 4.
Mueller O., 125.
Muralt J , 9.

N.

Nacquart XII. 6, 17.
Nahuys 9.
Naucrantzius 55.
Nicephorus Constantinopolitanus 89.
Niebuhr 66. 95.
Nonus 105.
Nudov H., 3.

O.

Obsequens J., 69. 121.
Oertel 11.
Oribasius 77.
Orosius 95. 129.
O-Ryan 2.
Ottendorff 5.
Ovidius 92. 136.
Owen H., 3.
Ozanam XII. 6.

P.

Pagi 133.
Palladius 78.
Palladius Rutilius 130.
Palmarius 1.
Paulet 96.
Paulinus Fabius VI. 54.
Paulus Aegineta 75.
Pausanias 129.
Penada J., 11.
Percival 33.
Perlinus 2.
Peucerus Casp., 1.
Philo 53. 130.
Philostratus 53. 125.
Pichler 3.
Pietre S., 1.
Plato 51.
Plautus 90.
Plenciz 2. 30.
Plinius 26. 51. 104. 123. 125. 138. 142.

Plutarchus 46. 51. 52. 53. 57. 60. 64. 105. 124. 129.
Poleman 4.
Pollux 88.
Polybius 137.
Potter X. 7.
Poupart 140.
Procopius 85—88. 127. 133.
Puccionotti 7. 19.
Pyl 21.

R.

Rasori 4.
Reichard I. P., 143.
Reil 4. 140.
Reimarus 30.
Reiske 79. 113.
Renard 11.
Reuss 5.
Rhazes 113—115. 131. 132.
Richter G., 26.
Richter I. Th., 7.
Ring 35.
Ritter H., 12. 38.
Rivinus 26.
Roeschlaub 18.
Romershausen 12.
Rosa 3.
Rossi 5. 6. 22.
Rubini 5.
Russel IX. 35.
Ryan J., 5.

S.

Sacco 29.
Salius Diversus VII.
Sallustius 137. 143.
Schaden 8.
Scheer 9.
Schato 1.
Schnurrer 6. 104.
Schoenke C. A., 125.
Schraud 106.
Schroetteringk 10.
Schulz 129.
Schweigger 38.
Scuderi 140.
Sebiz 2. 55.
Seneca 102. 136.
Selle 35. 141.
Sennert 55.
Septalius 133.
Serenus Sammonicus 136.
Servius 90. 93.
Severus St., 94. 142.
Silberschlag C. F., 9.
Silimachus 108.
Silius Italicus 96. 142.
Smith E. H., 140.
Smyth I. C., 10.
Sophocles 59. 102. 125.
Sorbait P., 14. 28.
Spanhemius 137.
Speyer C. F., 7.
Spleiss 37.
Sprengel 23. 29. 48. 51. 55. 70. 122. 129. 133. 139. 141.
Stahl 9.
Steuerlin 9.
Stieglitz 21. 33. 41.
Stokes 6.
Strabo 57.
Stritch 6.
Suetonius 104.
Suidas 51. 60.
Sutherland 5.
Swediaur 34.
van Swieten 38.

Sydenham 40. 95.
Sylvius 28.
Synesius 79. 143.

T.

Tacitus 47. 90.
Teichmeyer 28.
Theodoretus B., 60.
Theophylactus 127.
Thiermairius 16.
Tholozan 5.
Thomas Magister 143.
Thucydides 56. 58. 63. 69. 90. 92. 102.
Timmermann 126.
Tissot 9.
Titius 3.
Tommasini 6.
Treviranus 29.
Trotter 106.

U.

Ulfers W. J., 3.
Ulpian 144.
Unzer 3. 17. 20. 21.

V.

Valeriola 55.
Valerius Flaccus 137.
Valerius Maximus 134. 144.
Valesius 140.
Varro 131.
Vegetius Renatus 99.
Viborg 21. 37.
Virgilius 93. 144.
Vitruvius 130.
Voitius 1.

W.

Wagner 30. 38.
Wawruch 141.
Webster X.
Wedekind 4.
Wedel G. W., 2. 28.
Wegscheider 10.
Werlhof 138.
Wintringham 2. 24.
Wittmann 12.
Wurzer 38.

Y.

Yeats X. 139.

Z.

Zacchias 132. 133.
Zueckert 9.